Noch deme nun der Cantzler den Inhalt dises Eydts wirdt öffentlich abgelesen haben, solle ein jetweder der Rhatsfründen, Deputierten, Syndici und Regenten wie ob mit ufigehebten dryen Fingeren der rechten Hand zusamt dem Cantzler mit ihme sprechen wie volget: Wyr haben gehört und verstanden, was uns von unserem Cantzler ist abgelesen und vorgehalten worden, also geloben und schwören wyr zu der Hochheiligsten Dryfaltigkeit Gott Vatter Sohn und Heiligen Geist in unserm und des gantzen Lands Namen dises alles getreuwlich zu beobachten und unverbrüchenlich zu halten, so wahr uns Gott helfe und seine Heiligen.

#### Caput 5.

#### Von des Commissarii Statthalteren und seinem Eydt.

Item es ist geordnet, das ein jetwederer Commissari oder Landvogt einen ehrlichen, bescheidnen und kluogen Mann zu seinem Statthalter ernambsen möge, welcher in seiner Abwesenheit Gricht und Recht halte und ihme in Grichts- und Rechtssachen mit guetem Rhat verhilflich seye; welcher Statthalter schuldig seyn solle, ehe er sein Amt antrittet, vor besagtem Herren Landvogt und in Gegenwart der Rhatsfründen und Regenten der Communitet und Grafschaft Bellinzona einen gleichförmigen Eydt wie der Landvogt gethan

Comitatus Bellinzonae idem juramentum praestare prout Commissarius, et ulterius quod tam in civilibus, criminalibus quam maleficiosis tacebit quae tacenda sunt, et nemini aperiet quae a Commissariis tacenda imponentur.

Cap. 6.

**De Interprete et eius juramento.**

Item statutum est, quod clem<sup>mi</sup> Domini nostri Trium Cantorum possint eligere et nobis mittere Interpretam, qui perfecte scire debeat linguam Germanicam et Italicanam, ac tenetur fideliter interpretari Commissario ac DD. Oratoribus et partibus omnes propositiones, allegationes et responsiones ac sententias; qui antequam ingrediatur suum officium, pariter jurare debeat ad SS<sup>mam</sup> Trinitatem, quod fideliter et legaliter suum officium exercebit, et quod suo consilio et facto assistet praefato Commissario, et quod a partibus inter se litigantibus non accipiet dona nec munera, et quod observabit inviolabiliter statuta et privilegia Communitatis Bellinzona, in quantum ad se pertinent. Jurabit etiam quod tacebit quae tacenda sunt et quaecunque a Commissario ipsi tacenda legitime imponentur.

Ad ipsum etiam spectabit scribere in prothocollo omnes sententias civiles, et habebit pro qualibet tantum quantum erit quarta pars totius depositi, quod in dictis causis datur Commissario; si scilicet depositum sit viginti solidorum, ipse de sententia quinque habeat; et pro receptione cuiuscunque testis civilis habeat libram unam cum dimidia tertiol. et pro quacunque sententia quam partibus eam requirentibus in scriptis dabit, habeat pro sua mercede libras octodecim tertiorum; gaudebit insuper post haec etiam omnibus privilegiis et juribus huc usque ipsi concessis et consuetis. Et imposterum durante syndicatu Interpres tam in criminalibus, civilibus quam in maleficiis conscribendis adhibendus erit, excepto si ratione sanguinitatis vel cognationis aut alterius rei de jure impediretur. Et omnis Interpres teneatur finito suo officio successori suo prothocolla consignare, ut exigente necessitate iis uti valeat.

---

Cap. 6 fehlt in E.

zu schwören, mit dem Hinzuthuen, das er sowohl in Civil-, Criminal- als Malefiz-Sachen schweigen werde was zu verschweigen ist, und niemanden öffnen wolle was zu verschweigen von dem Landvogt ihme wirdt auferlegt werden.

#### Caput 6.

#### Von dem Landschreiber und seinem Eydt.

Item es ist verordnet, das unsere Gnädige Herren der loblichen dreyen Orten unter ihnen einen Landschreiber erwöllen und noch Bellenz schiken mögen, welcher die teutsch- und italiänische Sprach vollkommen könne, diser solle schuldig seyn so wohl den Herren Landvögten als denen Herren Ehrengesandten und den Parthyen alle Vorträg, Beweisthumben, Red und Antworth und Urthlen in Trüwen zu vertollmätschen, und solle zugleich, ehe er sein Amt antrittet, zu Gott schwören, das er sein Amt treuwlich und nach dem Rechten versechen wolle, und das er dem Landvogt mit Rhat und That an die Hand gehn wolle; das er von den rechten Parthyen kein Mieth noch Gaben nit nemmen wolle als allein von Speys und Trank, so in einem Tag mag verbraucht werden, und das er die Statuta und Privilegia der Communität Bellenz, so vil deren Beobachtung ihne angehet, unverbrücklich beobachten wolle. Er solle auch schwören in allen Sachen zu schweigen, was zu schweigen ist und was ihm vom Landvogt zu schweigen rechtmässig auferlegt wirdt. Er solle auch alle vergangne civilische Urthlen und Erkannnissen prothocollieren und verzeichnen, darfür er von jeglicher den vierten Theil, so vil das gantze Grichtgelt, so dem Landvogt geben wirdt, ist, haben solle, als so das Grichtgelt 20 sold ist, so soll er von der Parth auch 5 sold haben. Von Ufnemmung der Kuntschaften soll ihme von jeder anderthalb Tertiol Pfundt, so ist 3 guet Batzen, gevogen, und von jeder Urthel, so er uf Abforderung der Parthy in Geschrift ausferrgen wirdt, sollen ihme 18 Tertiol Pfundt (ist 36 guet Batzen) bezalt werden. Im Uebrigen solle er auch fürohin aller bis dato ihm verlichnen und gewohnlichen Rechtsammenen und privilegiis geniessen; und solle hinfüran unter währendem Syndicat der Landschreiber alles sowohl in Civil- als Criminal- und Malefizsachen zu verschreiben gebraucht werden, vorbehalten da er Verwandtschaft halber old anderwerts vermög der Rechten davon verhinderet wurde. Es solle auch ein jeder Landschreiber schuldig seyn, bey seynem Abzug dem nachkommenden Landschreiber die Prothocolla einzuhendigen, damit im Fahl der Nothurft man sich in selbigen ersechen möge.

## Cap. 7.

**De Fiscali et eius juramento.**

Item statutum est, quod Commissarius sibi possit eligere Fiscalem virum prudentem, justum et discretum, qui teneatur prothocollare omnes accusas, denuntias et querelas cum nomine et cognomine accusatoris seu querelantis, anno et die quo positae et dicto Fiscali notificatae fuerunt, ac teneatur pariter scribere in quinterno omnia accordia et compositiones factas in causis criminalibus et maleficiosis, eaque accordia omnesque condemnationes exigere; in his omnibus teneatur tacere quae facenda sunt et de quibus a Commissario silentium illi imponetur, et ideo teneatur jurare ad S<sup>mam</sup> Trinitatem Patrem Filium et Spiritum Sanctum, quod juste et legaliter suum officium exercere velit, ac auxilio Commissarii exigere omne id quod sciet et intelliget spectare ad praefatos clem<sup>mos</sup> Dominos nostros, et de eo una cum Commissario exactam reddere rationem DD. Oratoribus ac eisdem consignare, quod eidem supremae Superioritati et unicuique officiali juste spectabit, et habeat pro suo salario libras centum quinquaginta tertiorum singulo anno a praefata magnifica Camera.

## Cap. 8.

**De syndicatu Potestatis.**

Item statutum est, quod Potestas<sup>1)</sup> Bellinzonae finito officio suo nullo modo discedat Bellinzona, antequam syndicatus fuerit de his quae in officio suo gesserit, | et elapso syndicatu ad suum libitum discedere possit, sed DD. Oratores prius teneantur ipsum absolvere vel condemnare, prout ipsius gesta meruerint.|<sup>2)</sup>

Cap. 7 fehlt in E.

E cap. 4 (= cap. 8). <sup>1)</sup> Potestas siue Rector. <sup>2)</sup> sed stare debeat ad sindicatum suum per quatuor dies, in quibus dies proclamationis ex parte sindici facte connumeretur, dando bonos et idoneos fideiussores de libris mille tert., et ipsis quatuor diebus

## Caput 7.

**Von dem Fiscal und seinem Eydt.**

Item es ist geordnet, das ein Commissarius oder Landvogt ein Fiscalen möge erwölben, der ein aufrichtiger, klueger und bescheidner Mann seye, diser ist schuldig alle Angebungen, Leidungen und Verklagungen in ein Rodel einzuschreiben mit Specifizierung und Benambsung des Klegers oder Angebers, auch des Jahrs und Tags, in welchem sye ihme verleidet worden seindt. Er solle auch schuldig sein alle Verglich und Abmachungen, so in Criminal- oder Malefitzsachen beschechen möchten, in ein darzu geordnetes Buech zu verzeichnen und das verglichen, auch alle andere Buessen einzuziechen. In allen disen Sachen solle er verschweigen was zu verschweigen ist und was sonst zu verschweigen ihm von dem Landvogt wird gebotten werden. Darumb er auch ein Eydt zu der Hochheiligsten Dreyfaltigkeit Gott Vatter Sohn und Heiligen Geist schwören solle, das er sein Amt aufrecht und nach Form Rechtens verrichten und mit Hilf des Herren Landvogts alles das einziechen wolle, was er wüssen und vernemmen wird das hochbesagten unsern Gnädigen Herren zugehören thuet, von allem deme er auch neben dem Herren Landvogt jährlichen denen Herren Ehrengesandten ordenliche Rechnung geben und selbigen, was denen hochen Oberkeiten zustendig, einhändigen, und was jedem Beamteten rechtmässig gebührt, auch überantworten solle. Für sein Besoldung soll er jährlichen 150  $\text{fl}\frac{1}{2}$  von der Cammer zu beziehen haben.

## Caput 8.

**De Syndicatu Potestatis.**

Item es ist gesetzt, das der Landvogt, wan sein Amt aus ist, sich nit von Bellentz hinweg begebe, ehe und zuvor er seines Ambts halber denen Herren Gesandten gute Rechnungschaft geben hat; dannethin und noch dem er von denen Herren Gesandten absolviert oder noch seinem Verdienen abgestraft worden, mag er noch seinem Belieben ohngehinderet verreisen.

---

elapsis nullus aliquid de nouo petere vel contra ipsum olim Potestatem opponere volens vterius audiatur et ob hoc non impediatur, sed ad suum libitum recedere possit, et prout ipsius gesta meruerint, sindicus ipsum absoluat protinus vel condemnet.

## Cap. 9.

**De autoritate DD. Oratorum.**

Item statutum est, quod DD. Oratores qui ad syndicatum ordinarium a praefatis clem<sup>mis</sup> DD. nostris Bellinzonam missi fuerint ad syndicandum Dominum Commissarium et caeteros officiales, ut de ipsorum gestis rationem exigant et inquirant, utrum illi officium suum bene et legaliter secundum justiciam et formam horum statutorum Communitatis et Comitatus Bellinzonae exercuerint; qui si repererint quod punitione digni sint, debeant in tali casu illos punire juxta formam horum statutorum. Qui pariter DD. Oratores suscipere debent rationes Datii et Camerae, uti etiam rationes Ecclesiae S. Petri et Stephani atque hospitalis.

Debent pariter intra quattuordecim dies omnes civiles et criminales sententias legaliter ad ipsos appellatas, si partes comparuerint, disquirere et sententiare; in isto termino autem non computabuntur dies festivi in hoc Statuto reservati.<sup>1)</sup> Si vero appellantes intra statutum hunc terminum quattuordecim dierum ex negligentia appellations non prosecuti fuerint, amplius audiri non debent, sed sententia seu condemnatio facta a Commissario contra ipsos in vigore suo permaneat et exequatur, excepto tamen si ambae partes litigantes intra dictum tempus unanimiter dilationem a DD. Oratoribus obtinerent, ut melius rationes et jura sua comprobare valeant, ne praeveniantur.

Domini Oratores deposita causarum exigent juxta taxam et ordinationem in fine huius libri positam, nec possint nec debeant se unire, componere aut participare cum Commissario de aliqua condemnatione per dictum Commissarium facta, sub poena indignationis clem<sup>morum</sup> DD<sup>orum</sup> nostrorum et amissionis causae, sed debeant huiusmodi causas ad eos appellatas juste et legaliter juxta formam statutorum Bellinzonae judicare, prout de jure fuerit judicandum.

Et ulterius non possint extendere suam auctoritatem, cum ita denuo a clem<sup>mis</sup> DD. nostris Trium Cantonum expresse ordinatum fuerit, nempe quod omnes primae instantiae causarum sive civilium, criminalium aut etiam maleficiorum absque

---

Cap. 9 fehlt in E. <sup>1)</sup> Vgl. cap. 40.

## Caput 9.

**Von dem Gwalt der Herren Ehrengesandten.**

Item es ist gesetzt, das die Herren Gesandten, so von unseren Gnädigen Herren jährlichen auf das Syndicat noch Bellentz geschickt werden, den Herren Landvogt und Beamppte syndicieren und umb sein Thuen und Lassen Rechnung fordern sollen und nochforschen, ob sye ihr Amt wohl und recht, noch Ausweisung des lieben Rechts und nach Inhalt und Formb diser der Statt und Grafschaft Bellentz aufgesetzten Statuten verrichtet haben, und so es sich erfinden wurde, das sye in ihrem Thuen und Lassen strafwürdig, sollen sye selbige nach Ausweisung besagter Statuten abstrafen. Item sollen sye die Zohlrechnungen, die Cammerrechnungen, St.Peters Kirchen und Spithal-Rechnungen ab- und einnemmen.

So sollen auch innert 14 Tagen alle civilische und Criminal-Urthlen, so für sye ordenlich appelliert worden, ihnen vorgetragen und den erscheinenden Parten ein Urthel geben werden, under diser Zeit aber sollen alle Statuta Feyrtäg ufgehebt sein. Dan solten die Appellantan solche 14 Täg vorbylassen gehn, ohne das sye die Appellation den selbigen vorgetragen, sollen sye nit mehr verhört werden, sonder die von dem Landvogt wider sye ergangne Erkantnus und Urthlen vollzogen und exequiert werden. Vorbehalten so beyde streitende Parthyen innert besagter Zeit einmüethig vor die Herren Ehrengesandte umb Verlengerung der Zeit anhalten wurden, damit sye desto besser ihr Rechtsamme fürbringen und am Rechten nit verkürtzt würden.

Die Herren Gesandten sollen ihr Audienzgelt laut gemachter Ordnung und Taxierung, wie zu End dis Buechs zu sechen, zu beziehen haben. Es sollen aber die Herren Gsandten sich keineswegs mit dem Landvogt vereinbaren noch vergleichen noch Gemeinschaft mit ihme haben umb Straf und Buessen, so gemelter Landvogt angelegt und gestrafft hette, bey hocher Ugnad unserer Gnädigen Herren und Verliehrung des Handels. Sondern sye sollen über der gleichen Händel, so vor sye appelliert werden, nach Formb Rechtens und den Statuta gemäs urtheilen, je noch dem das liebe Recht sye weisen wirdt.

Und fürohin solle sich ihr Gwalt nit weiters erstrecken, dan von allen 3 loblichen regierenden Orten unsere Gnädige Herren und Oberen von neuwem erkent und geordnet worden, das alle erste Instantiae und Urthlen aller Händlen, es wäre in Civil-, Criminal- old Malefitzsachen, ohne einiche Ausnamb den Landvögten zugehören sollen zu erkennen und zu ur-

ulla exceptione ad Commissarios spectare debeant, nec eas Oratores ordinarii ullo titulo sibi arrogare possint, nisi DD. Oratores specialiter instruerentur a clem<sup>mis</sup> DD. nostris de rebus maximi momenti spectantibus ad supremum eorum Dominium.

Si autem arduum et difficile fuerit Commissario aliquod criminale vel maleficium disquirere et sententiare, id DD. Oratoribus non erit committendum, sed clem<sup>mos</sup> DD. nostros de illo admonebit et eorum judicium et mandatum exspectabit, cum praefatis clem<sup>mis</sup> DD. nostris incumbat, id quod aequum erit Commissario aut Dominis Oratoribus praecipere.

Quod autem attinet ad res civiles, maneat in suo vigore statutum sexagesimum primum infra positum, ad quod respectus habeatur.

Ad dictos autem DD. Oratores ultra eorum salarium itineris, quod a clem<sup>mis</sup> DD. nostris habent, et ultra scuta viginti, quae unicuique eorum Communitas Bellinzona singulis annis solvere tenetur, et praeter solitum ex Datio et Camera habebunt quoque deposita causarum et alia ipsis debita emolumenta absque ullo impedimento.

#### Cap. 10.

### **De sacramento, electione et salario |Cancellarii Communitatis|<sup>1)</sup> Bellinzonae.**

Item statutum est, quod ille qui electus fuerit |Cancellarius Communitatis|<sup>1)</sup> Bellinzona, teneatur antequam suum incipiat officium, infrascriptum facere |juramentum|<sup>2)</sup>:

Juro ego talis |ad SS<sup>mam</sup> Trinitatem, Patrem, Filium et Spiritum Sanctum,|<sup>3)</sup> quod officium meum bene, juste et legaliter exercebo, provisiones, ordinationes et reformationes |Consilii Communitatis|<sup>4)</sup> in libro legaliter describam,<sup>5)</sup> dicta testium |tam in criminalibus quam in maleficiis|<sup>6)</sup> legaliter scribam, prout unusquisque dixerit, nihil immutando, ipsorum dicta secreta tenebo et nemini pandam, donec fuerint |publicanda,|<sup>7)</sup> |omnes sententias criminales et maleficias ac de-

---

E cap. 5 (= cap. 10): <sup>1)</sup> |notarii (notarius) communis| <sup>2)</sup> |sacramen-tum| <sup>3)</sup> |notarius ad sancta Dei Euangelia manibus corporaliter tactis scripturis| <sup>4)</sup> |communis et consilii| <sup>5)</sup> Zusatz: accusas, inquisitiones, denuntiationes et earum responsiones, terminos et fidejussiones, nihil addendo vel diminuendo quod sit preter substantiam veritatis, in quaterno describam. <sup>6)</sup> || fehlt <sup>7)</sup> |publicata|

theilen, also deren keine ordinari Gesandten ihnen zueignen solle oder aber die Gesandten wegen vorfallenden hochwichtigen und hohoherkeitlichen Sachen von der hohen Obriekt specialiter und austrukenlich instruiert und befelchnet wären.

Wan aber einem Landvogt ein Criminal- old Malefitz-sach zu schwär fallen wurde zu richten, solle er die Sach nit für die Herren Gesandten schlagen, sondern dessen die hoche Obrigkeiten berichten und dero gnädigen Rhat und Befelch erforderen mögen, massen dan denen hochen Oberkeiten obliggen und zustehn wirdt über die Sach dem Landvogt gebührend zu befehlen old an die Herren Gesandten zu schlagen.

Die Civilsachen aber betreffend solle disfahls das Capitul Nr. 61 diser Civilstatuten beobachtet werden.

Es solle aber denen Herren Gesandten über ihr gewohnliches Rittgelt, so sye von unseren Gnädigen Herren zu beziechen haben, auch über die 20 Cronen, so einem jeden jährlich die Communitet Bellentz zu bezahlen schuldig ist, us dem Zohl und Cammer, was bis dahin gewohnt, auch alles Urthelgelt und andere ihnen zugehörige Gefähl ohne Weigerung gevogen.

#### Caput 10.

#### **Von dem Eydt und Erwöllung, auch Besoldung des Cantzlers der Communitet Bellentz.**

Item es ist geordnet, das derjenige, so zum Cantzler der Communitet Bellentz erwölt wird, ehe er sein Amt antritt, nachvolgenden Eydt ablegen solle: Ich N. schwöre zu der Hochheiligsten Dreyfaltigkeit Gott Vatter Sohn und Heiligen Geist, das ich mein Amt wohl in Aufrichtikeit und noch Formb Rechtens verrichten werde, das ich die Vorsechungen, Verohrnungen, Reformationes, so von der Communitet und Rhat zu Bellentz angesechen werden, ordenlich und noch Formb Rechtens in ein Buech verzeichnen werde; in gleichem will ich die Aussagungen der Zeügen, sowohl in Criminal- als Malefitz-Händlen, wie selbige geredt werden, ohne einige Abenderung ordenlich verschreiben, ihre Aussagen geheimbd behalten und niemanden eröffnen, bis selbige gehörigen Orts werden müessen geöffnet werden; alle sowohl Criminal- als Malefitz-Urthlen wie auch der Gefangnen Examinationen und alles andere, so sich in der gleichen zutragen und vonnöthen sein wird, will ich aufrichtig verrichten und verschreiben, und was mir sowohl im Rhat als in

tentorum examina et quae in similibus fieri contigerit et necesse erit, id totum juste faciam et scribam,<sup>8)</sup> similiter quidquid mihi impositum fuerit in secretum in Consilio | et in magnifico officio<sup>9)</sup> vel extra, nemini pandam, donec fuerit manifestandum, nihil dicam, operabor vel faciam neque auxilium, consilium vel favorem | aliquem<sup>10)</sup> dabo, ex quo possit | Communitas Bellinzonae<sup>11)</sup> vel Comitatus aut aliqua singularis persona damnificari, sed si quid tale rescivero, illud pro posse prohibeo, et generaliter omnia acta, dicta et facta ad meum officium spectantia juste et legaliter scribam, dicam et faciam, bona fide, sine fraude, remotis odio, amore, timore, pretio vel precibus, proficuo vel damno meo vel alieno.

Qui |Cancellarius per Consilium Communitatis<sup>12)</sup> Bellinzonae eligi debeat et |habeat a dicta Communitate et Comitatu<sup>13)</sup> pro eius salario |ordinario libras ducentum<sup>14)</sup> tertiolorum |ultra alia emolumenta prout hinc retro consuetum fuit.<sup>15)</sup> |Qui Cancellarius teneatur scribere omnia instrumenta et alia necessaria pro dicta Communitate sine alia solutione, et si dictus Cancellarius parti accusatae sanguine conjunctus, morbo impeditus aut absens esset, vel si quis juraverit dictum Cancellarium in criminalibus seu maleficiis suspectum, teneatur Potestas sumere vice Cancellarium, vel eo etiam suspecto aut impedito alium peritum notarium, qui in absentia Cancellarii teneantur dictum officium juste et legaliter exercere.<sup>16)</sup>

### Cap. 11.

#### De ordine citandi quemlibet reum.

|Item statutum est, quod pro quacumque praetensione quis citandus fuerit coram Dom. Commissario et Potestate, id fiat sub poena scuti unius pro prima vice, quae citationes et requisitiones fieri debeant per servitorem majorem aut servitores Communitatis<sup>1)</sup> Bellinzonae personaliter illis personis

<sup>8)</sup> || fehlt <sup>9)</sup> || fehlt <sup>10)</sup> |ad aliquid| <sup>11)</sup> |comune burgi| <sup>12)</sup> |notarius per consilium generale communis| <sup>13)</sup> |habere debeat a dicto comune| <sup>14)</sup> |in anno libras sexaginta| <sup>15)</sup> || fehlt <sup>16)</sup> |Et teneatur dictus notarius omnia et singula acta, cartas et instrumenta ad comune Bellinzone spectantia sine aliqua solutione scribere, dum tamen carta sibi per comune soluatur, et qui notarius nihil recipere possit pro inquisitionibus, denunciationibus vel accusis, fideiussionibus

dem Ambthaus des Herren Landvogts als ussert demselbigen geheimbd zu behalten wird auferlegt werden, will ich niemand eröffnen, bis solches rechtmässig beschechen solle. Ich wird auch zu keiner Sach, aus welcher der Statt old Grafschaft Bellenz oder einiger Particolar Persohn möchte einiger Schaden erwachsen, weder Hilf noch Rhat und That darzu geben, und so ich dergleichen etwas vernemmen wurde, will ich solches noch meinem Vermögen verhinderen. In summa alle Acta, Aussagen und alles das, so zu meinem Amt gehört, will ich aufrichtig und noch Formb Rechtens verschreiben und verrichten mit gueten Treüwen ohne Betrug, ohn angesehen einiges Hasses, Liebe, Forcht, Pitt, Mieth old Gaben noch meines eigenen noch frömbden Schadens, so daraus entspringen old bylauffen möchte.

Diser Cantzler solle von dem Rhat der Gemeind zu Bellenz erwölt werden, und solle von besagter Gemeind und Grafschaft für sein ordenliche Besoldung 200 ₣ Terz. haben sambt anderen Nutzbarkeiten, so er bis dahin genossen; er solle aber schuldig seyn der Gmeind alle Instrumenta oder was sye vonnöthen haben würde, ohne fernern Lohn zu schreiben. Und so besagter Cantzler dem Beklagten verwandt, krank oder abwäsend wäre, oder so einer sich seiner in Criminal- oder Malefitzsachen bey seinem Eydt zu beschwären old in bösem Argwohn hette, solle der Landvogt schuldig seyn den Vice Cantzler, oder so selbiger gleichermassen im Argwohn gehalten oder verhinderet wäre, solle er einen anderen erfahrenen Notari nemmen, welcher in Abwesenheit des Cantzlers dessen Ampt noch Formb Rechtens aufrichtig versechen solle.

#### Caput 11.

#### **Ordnung wie man ein jeden beklagen, laden oder citieren solle.**

Item es ist gesetzt, das so ein angesprochner Schuldner umb ein Ansprach für den Landvogt solte citiert und geladen werden, solches beschechen solle by einer Cronen Buess fürs erste mahl, welche Citationen und Ladungen durch den Grossweibel oder andere Weibel der Gemeind Bellenz beschechen sollen und den Schuldern persönlich durch sye angekünt werden, so selbige anzutreffen, oder aber, so sye nit anzutreffen, solle die Citation in dem Haus, in welchem sye haushäblich wohnen, abgelegt werden. Und wan dan innert dem von dem Weibel gesetzten Zihl der Citierte nit erscheinen wurde der Widerparth Red und Antwort zu geben, so solle der Landvogt wider den Ungehorsamen in contumaciam verfahren und dem Klagenden Recht sprechen, oder aber, so es der An-

quae citari debent, si reperiantur, et si non reperiantur, ad domum in qua habitant cum eorum familia, et si infra terminum sibi per servitorem assignatum citatus non venerit adversario facere rationem, tunc Commissarius in contumaciam judicet, affirmet et affirmare debeat praetensionem actoris, vel duplicare preeceptum, prout melius actori videbitur, et elapsis tribus diebus a dicta affirmatione, si reus perstiterit in contumacia, tunc Commissarius teneatur dare parabulam praedandi ad voluntatem creditoris.<sup>1)</sup> Idem observetur in eo qui infra terminum sibi assignatum per Commissarium<sup>2)</sup> non venerit facere rationem adversario, et hae citationes fiant in scriptis in<sup>4)</sup> cedula ad domum rei dimissa vel personaliter consignata,<sup>5)</sup> in qua contineatur nomen actoris et rei et res et quantitas quae petitur seu summa crediti<sup>6)</sup> et qua occasione petitur, et si aliter fiant, non valeant.

## Cap. 12.

**De ordine citandi defunctorum haeredes aut non habentes propriam habitationem.**

Item statutum est, si<sup>1)</sup> quis citari facere voluerit aliquem absentem a burgo Bellinzona et Comitatu, vel alium, quorum habitatio propria non reperiatur in Bellinzona vel Comitatu, aut citari facere voluerit haeredes alicuius defuncti et aliqua occasione contra eos procedere, quod faciat publicam proclamationem affigere ad valvas Praetorii Communitatis Bellinzona hora juridica, et similis proclamatio pariter affigatur ad domum rei, ubi habitare consueverat, et si nullibi habitare consueverat, sufficiat ad valvas dicti Praetorii,<sup>2)</sup> quod volentes haeredes esse talis defuncti aut ipsius bona defendere, aut quod talis absens sive alius, quorum propria habitatio non

---

vel testibus super ipsa receptis, et si quis dictum notarium in crimina libus se suspectum habere iurauerit, teneatur Potestas tunc illi dare notarium aliud non suspectum

E cap. 6 (= cap. 11 mit folgenden Abweichungen:)

<sup>1)</sup> Item statutum est, quod omnes citationes siue requisitiones, que de cetero fient, fieri debeant per seruitores comunis<sup>2)</sup> tunc ei detur bannum per seruitorem ad copertum si placuerit illi qui ipsum citari fecerit, quod bannum pretereat infra tres dies a die dati banni, quo banno preterito detur parabula predandi ad voluntatem creditoris<sup>3)</sup> Potestatem<sup>4)</sup> cum<sup>5)</sup> fehlt<sup>6)</sup> fehlt.

sprecher und Klagende also begehren wurde, den Verklagten by verdoppler Buess noch einmahl citieren lassen, und wan noch gethanem Rechtspruch oder Urtheil der Beklagte in seiner Ungehorsamme in contumacia verharren solte, so solle alsdan noch verflossnen drey Tagen der Landvogt schuldig seyn die Erlaubnus zu geben, Pfandt und Schatzung auszunemmen, noch des Schuldgläubigers Willen und Verzeigung. In gleichem solle auch verfahren werden wider denjenigen, welcher uf das von dem Landvogt begünstigte Zihl und Termin nit erscheinen wurde, der Widerpart Red und Antwort zu geben. Diese Citationes aber und Ladungen sollen allezeit in Geschrifft beschechen, in welcher sowohl des Ansprechers als des Angesprochnen Namen verzeichnet werden solle, wie auch die Ansprach, was und wie vil, und us was Ursachen selbige geforderet wirdt, substanzlich specificiert werden, welche so es nit beschechen wurde, sollen die Citationes und Ladungen ungültig sein.

#### Caput 12.

#### **Ordnung wie die Erben der Abgestorbnen und die so kein eigne Wohnung haben, sollen citiert und geladen werden.**

Item es ist geordnet, wan einer einen citieren und laden lassen wolte, der von der Statt und Grafschaft Bellenz abwesend oder der kein eigne Wohnung in der Statt old Grafschaft Bellenz hette, oder wan einer eines Abgestorbnen Erben citieren wolte lassen und einicher Gestalt wider selbige procedieren und verfahren wolte, so solle er umb gewohnte Zeit ein öffentlichen Ruof an die Thür oder Porten des Pallasts anschlagen lassen. Ein gleicher Ruof solle auch an das Haus, in welchem der Beklagte oder Angesprochne gewohnet hat, angeschlagen werden; so er aber in keinem gwüssen Haus wohnhaft sich ufgehalten hette, solle es gnueg seyn, wan der Ruof an Pallast wie ob angeschlagen wird, des Einhalts, das so jemandts wäre, der des Verstorbnen Erb sein wolte oder der dessen Guet beschützen und verfechten wolte, oder das diser Abwesende oder derjenige, welcher kein eigne Wohnung in der Statt old Grafschaft Bellenz hat, oder diejenige, so deren Guet beschützen und verfechten

---

E cap. 7 (= cap. 12 mit folgenden Abweichungen:) <sup>1)</sup> | quod si | <sup>2)</sup> | publice proclamari in contrata in qua defunctus aut absens siue alius quorum habitatio propria non reperiatur, habitare consueuerunt, et etiam ad copertum communis hora juridica fiat similis proclamation|

reperiretur, sive volentes eorum bona defendere, infra octo dies a die proclamationis factae |aut plures secundum loci distantiam, prout Commissario videbitur,<sup>|3)</sup> coram Domino |Commissario<sup>|4)</sup> debeant comparere adversario facere rationem, |et elapso termino in proclamatione contento,<sup>|5)</sup> si nullus comparuerit adversario facere rationem, tunc detur per |Commissarium<sup>|6)</sup> possessio decretalis in bonis dicti defuncti vel absentis seu alterius, quorum propria habitatio non reperiretur, et ulterius procedatur secundum formam aliorum statutorum Communictatis Bellinzonae.

## Cap. 13.

**Quod actor non audiatur, contra quem reus parabulam habuerit, nisi prius |restituat omnes expensas.<sup>|1)</sup>**

Item statutum est, quod si quis citatus habuerit parabulam a Potestate |vel Commissario<sup>|2)</sup> eo quod ille qui ipsum citari fecerit ad terminum citationis in judicio non comparuerit, sive eius nuntius vel procurator, non possit ipse citatus habita dicta parabula usque ad tres dies |subsequentes<sup>|3)</sup> ad petitionem eius contra quem parabulam habuerit aliqua occasione citari nec aliqualiter audiatur ille contra quem habita fuerit parabula, nisi prius restituat omnia damna et expensas illi cui parabula data fuerit. Idem observetur in omnibus, et si per Potestatem fuerit alicui terminus assignatus, et ille ad cuius petitionem terminus fuerit assignatus in judicio ad ipsum terminum non venerit, |adversario<sup>|4)</sup> expensas restituere teneatur, quae expensae taxari debeant per notarium eligendum per ipsas partes.

## Cap. 14.

**Qualiter condemnatus in contumaciam possit contumaciam purgare.**

Item statutum est, quod si quis post requisitionem, citationem aut terminum non comparuerit et ideo per Potestatem

<sup>3)</sup> || fehlt <sup>4)</sup> |Potestate| <sup>5)</sup> |et si non reperiatur contrata in qua habitare consueuerant, fiat solum dicta proclamation ad copertum, et elapso termino dicatorum octo dierum| <sup>6)</sup> |Potestatem|

E cap. 8 (= cap. 13): <sup>1)</sup> |restitutis expensis| <sup>2)</sup> || fehlt <sup>3)</sup> || fehlt <sup>4)</sup> |videlicet vt aduersario|

E cap. 9 (entsprechend cap. 14): *Qualiter bannitus per contumaciam possit de banno exire.*

Item statutum est, quod si quis per requisitionem simplicem

wolten, innerthalb acht Tagen oder innerthalb so vil Tagen als dem Herren Landvogt ye noch Entlegenheit der Orten zu specificieren belieben wird, von dem Tag an, da der Ruof angeschlagen wird, anzufangen zu zellen, vor dem Herren Landvogt erscheinen sollen, ihrer Widerpart Red und Antwort zu geben, und so auf das in gemeltem Ruof bestimzte Zihl und Termin niemand erscheinen wurde, der Widerpart Red und Antwort zu geben, so sollen alsdan von dem Herren Landvogt die angesprochne Güeter dises Abwesenden, Abgestorbnen oder dessen, so kein eigne Wohnung in der Statt old Grafschaft hette wie ob, dem Ansprecher rechtlich zugesprochen werden und fernes noch Inhalt der Statuten der Communitet Bellentz verfahren werden.

#### Caput 13.

**Das der Sächer oder Kläger, wider welchen der Beklagte von dem Landvogt Erlaubnus erhalten hat, nit solle fernes verhört werden,  
er habe dan zue vor alle Cösten erstattet.**

Item es ist gesetzt, das so einer von seiner Widerparth citiert worden, und aber hernach selbige Widerparth noch durch sich noch durch einen Anwalt oder Vorsprech auf die in der Citation bestimzte Zeit im Rechten nit erschinen, und drüber hin der Citierte von dem Landvogt Erlaubnus erhielte, so mag selbiger von der Widerparth bis noch Verfliessung dryer Tagen keineswegs mehr citiert werden, und solle selbige Widerparth, wider welche einer also Erlaubnus erhalten hette, keineswegs angehört werden, ehe und <sup>zuvor</sup> er deme, so also Erlaubnus erhalten hat, allen Schaden und Cösten erstattet haben wird, und das solle in allen Sachen beobachtet werden. Und wan einem von dem Landvogt ein gwüss Zihl und Termin gesetzt worden wäre, und derjenige, auf dessen Anhalten solch Termin gesetzt worden, auf selbiges Termin im Rechten nit erscheinen wurde, solle diser auspleibende schuldig seyn seiner Widerparth alle Cösten zu ersetzen, welche Cösten von einem Notaro, dene beide Parthen ernambsen mögen, taxiert und gesprochen werden sollen.

#### Caput 14.

**Wie derjenige, so wegen Ungehorsamme oder in contumaciam verfert worden, sich widerumb beschönigen und ledigen mög.**

Item es ist gesetzt, das so einer uf beschechne ordentliche Ladung und Citation oder uf gesetztes Zihl und Termin

---

aut terminum et eius contumaciam in banno positus fuerit, et de ipso banno exire voluerit, dum tamen dictus bannitus condemnatus

fuerit condemnatus in contumaciam, et voluerit dictam contumaciam purgare, quod debeat intra terminum sex mensium a die dictae condemnationis sibi juridice intimatae adversarium citari facere, ut veniat ab eo consequi rationem, et si non venerit, possit ipse qui fuerit in contumaciam condemnatus, de contumacia exire absque ulla restitutione expensarum. Si autem adversarius venerit, tunc possit contumaciam purgare, faciendo adversario rationem et solvendo prius expensas contumacie, et non aliter, quae expensae taxari debeant ut supra in praecedenti statuto continetur.

### Cap. 15.

#### **De banno per condemnationem sive requisitionem dando.**

Item statutum est, quod si aliquis condemnatus fuerit ex confessione sua vel per sententiam quae transiverit in rem judicatam, vel ei praeceptum fuerit per [Commissarium]<sup>1)</sup> ad terminum dare, facere vel solvere alicui, et in ipso termino non dederit, fecerit aut solverit quod in sententia, condemnatione vel pracepto continetur, quod detur tali condemnato et dari possit bannum per condemnationem sive requisitionem, quod bannum scribatur in fine sententiae, condemnationis vel pracepti per notarium qui illa scripserit, et intelligatur dictum bannum praeterisse, cum elapsus fuerit terminus in sententia, condemnatione vel pracepto statutus, et statim possit dictum bannum exemplari et parabula praedandi ad voluntatem creditoris dari valitura usque ad annum unum; ulterius vero non valeat, nec ea uti possit, nisi denuo recuperetur.

---

non sit, quod faciat aduersarium citari vt veniat ab eo consequi rationem, et si non venerit, possit ipse bannitus, siue sit in banno preterito siue non, absque vlla restitutione expensarum de ipso banno exire. Si autem aduersarius venerit, tunc possit de ipso banno exire faciendo aduersario restitutionem et soluendo expensas contumacie et non aliter, que expense taxari debeant vt supra in precedenti statuto continetur.

E cap. 10 (== cap. 15): <sup>1)</sup> |rectorem|

nit erscheinen und deswegen von dem Landvogt von wegen seiner Ungehorsamme in contumaciam verfellt worden, und aber er sich widerumb beschönen und sein Ungehorsamme verantworten wolte, so soll solches beschechen innert nechsten sechs Monaten von der Zeit an zu rechnen, da ihme sein Verfellung und wider ihne ergangne Erkantnus recht-mässig ankünt worden, da er dan innert selbiger Zeit sein Widerpart ordenlich solle citieren lassen, das er komme und ihme zum Rechten seye; und so solche nit erscheinen wurde, mag derjenige, so seiner Ungehorsamme halber in contumaciam verfellt worden, widerumb deren erledigt werden ohne einige Widererstattung einicher Costen. Wan aber die Widerparth erscheinen wurde, solle er ihr im Recht gestehn und sein Ungehorsamb verantworten, zuvor aber die Costen, so wegen seiner Ungehorsambe ufgeloffen, und nicht mehrers, bezahlen. Welche Costen dan von dem Notaro wie in vorgehendem Capitul solle taxiert werden.

#### Caput 15.

#### Wie einer solle in die Aacht erklährt oder verbannet werden durch Urthel und Verrüeffung.

Item es ist gesetzt, wan einer uf sein eigne Bekantnus oder durch eine unwiderruefliche Endurthel verfelt wurde, oder ihme von dem Landvogt gebotten wurde auf gwüss Zihl und Tag jemandt etwas zue geben, thuen oder zu bezahlen, und innert bestimbter Zeit er dasjenige, so in der Verfellungs-Urthel oder in dem Gebott und Befelch erkent oder gebotten wird, nit geben, thuen oder zahlen wurde, so soll und mag ein solcher Verfelter und Geurtheilter verbannet und verrüeft werden, und solle die Verbannungs-Urthel zu End des Gebotts oder der Erkantnus durch den Notar oder Schreiber, so solche geschriben, eingezeichnet werden, und solle ihr Fortgang haben, so bald das in der Urthel, Erkantnus oder Gebott gemachte Zihl und Termin verflossen sein wird, und solle diese Verbannung gleich mögen ausgeferget und dem Schuldgläubiger die Erlaubnus ertheilt werden, noch seinem Belieben Pfandt und Schatzung zu nemmen, welche Erlaubnus ein gantzes Jahr lang gelten solle; noch Verfliessung dessen aber soll sye nit mehr gelten noch mögen gebraucht werden, oder man habe solche von neuwem wider erhalten.

## Cap. 16.

**Quod condemnatus et bannitus non audiatur, nisi prius deponat.**

Item statutum est, quod si quis condemnatus fuerit per |sententiam|<sup>1)</sup> quae transiverit in rem judicatam, vel praeceptum, et talis condemnatus sive per condemnationem |sine requisitione|<sup>2)</sup> sive per requisitionem et eius contumaciam in banno positus fuerit, quod de |banno|<sup>3)</sup> nullo modo exire possit nec audiatur contra sententiam, condemnationem vel praeceptum aliquid allegare volens, nec etiam possessionem recuperare vel sacramentum creditori suo dare vel referre possit aut aliquo alio modo de banno exire, nisi prius dederit, fecerit aut deposuerit in denariis numeratis penes personam idoneam per |Commissarium|<sup>4)</sup> eligendam aut solverit ea quae in sententia, condemnatione vel paecepto continentur; quae cum solverit, de banno penitus cancelletur. Et praedicta locum habeant, nisi per ipsum condemnatum ostensum fuerit instrumentum finis, solutionis vel liberationis solemniter factum.

## Cap. 17.

**Quod in quolibet banno scribatur nomen actoris et rei et quantitas quae |requiritur|. <sup>1)</sup>**

Item statutum est, quod in quolibet banno, quod de caetero dabitur, scribi debeat nomen et cognomen banniti seu bannitorum, similiter et nomen et cognomen illius vel illorum, ad quorum petitionem bannum dabitur, similiter res vel quantitas de qua est controversia, et qua occasione, aliter bannum datum non valeat.

## Cap. 18.

**Quod quilibet possit esse procurator sine satisfactione.**

Item statutum est, quod quilibet de jurisdictione Bellinzonae possit esse procurator alterius cum solemni mandato

E cap. 11 (= cap. 16): <sup>1)</sup> |sententiam ex confessione sua aut per sententiam| <sup>2)</sup> || fehlt <sup>3)</sup> |ipso banno| <sup>4)</sup> |rectorem|

E cap. 12 (= cap. 17): <sup>1)</sup> |petitur|

E cap. 13 (= cap. 18).

## Caput 16.

**Das ein Verfeillter und Verbanneter nit mag verhört werden, er thue dan zuvor gnuegsame Hinderlag.**

Item es ist gesetzt, so einer durch eine ohnwiderruefliche End-Urthel oder durch ein Gebott verfelt und geurtheilt worden und ohne Citation oder noch gethaner Citation wegen seines Auspleibens und Ungehorsamme were mit Urthel und Recht verbannet worden, das solcher keineswegs der Verbannung möge entlediget oder verhört werden, so er etwas wider das ergangne Urthel, Erkantnus oder Gebott vorbringen wolte, noch sein Guet widerumb an sich ziechen noch seinem Schuldgläubigeren einichen Eydt zumuothen noch von ihnen begehrten mögen, oder auf andere Weis sich der Straf entschütten, er habe dan zu vor geben, gethan oder in baarem Gelt demjenigen, welchen der Landvogt darzu ernambsen wird, alles das hinderlegt, was in der Urthel, Erkantnus oder Gebott erkent oder gebotten worden; welches so er wird bezahlt haben, solle er der Verbannung gentzlich entlediget sein; und obbeschribnen Sachen solle obgehalten werden, es wäre dan Sach, das der Verbannete durch ein ordenliches Instrument und Glaubsamme ausweisen könnte, das die Zeit seiner Verbannung exspiriert und verflossen oder das er bezahlt oder anderwertig ordenlich wäre liberiert worden.

## Caput 17.

**Das in jedwedere Verbannungs Urthel der Namen des Klägers und des Beklagten, auch die Quantitet und Vile, so erforderet wird, beschrieben werde.**

Item es ist gesetzt, das in jedwedere Verbannungs Urthel, so fürohin ergehn wird, der Namen und Zunamen des Verbanneten oder der Verbanneten eingeschrieben werde; ingleichen solle auch der Namen und Zunamen dessen oder derjenigen, auf deren Begehrten selbige Urthel ergangen, eingeschrieben werden, wie auch was und woher und umb wie vil der Streit gewesen, specificirt werden, anderst solle die Urthel der Verbannung nit gültig seyn.

## Caput 18.

**Das ein jeglicher ohne Bürgschaft möge Procurator und Anwalt seyn.**

Item es ist gesetzt, das ein jeglicher aus dem Bellentzer Gepieth möge eines anderen procurator und Anwalt sein, so er dessen durch ordenliche Glaubsamme von selbigen darzu verordnet worden, ohne das er einige Bürgschaft zu geben

sine satisdatione aliqua per ipsum fienda, dum tamen per ipsum procuratorem promittatur in iudicio de rato habendo, judicato solvendo et iudicio sisti sub obligatione omnium bonorum suorum tam in agendo quam in defendendo, salvo quod si conjuncta persona vellet agere vel defendere pro alia sibi conjuncta persona, quod talis conjuncta persona admittatur sine mandato, satisdando tamen prius cum bonis fidejussoribus de rato habendo, judicato solvendo et iudicio sisti tam in agendo quam in defendendo; et intelligatur conjuncta persona omnis tam ex ascendentibus quam descendantibus quam etiam transversalibus usque ad tertium gradum, et etiam socer et gener ad invicem conjunctae personae intelligentur. Idem observetur in marito pro uxore agere vel defendere volente.

### Cap. 19.

#### **Quod Potestas teneatur dare procuratorem non habenti.**

Item statutum est, quod si quis in iudicio propter potentiam, timorem vel amorem adversarii vel alia occasione procuratorem invenire non poterit, quod tunc [Commissarius sive]<sup>1)</sup> Potestas teneatur omnino compellere unum ex procuratoribus, qui sibi videbitur, esse procuratorem talis personae, non obstante quod dictus procurator sit vel asserat se esse procuratorem partis adversae, et [teneatur]<sup>2)</sup> illi procuratori sacramentum deferre, quod bene, juste et legaliter exercebit officium suum et allegabit et procurabit pro parte sua, remotis amore, timore, pretio vel precibus quibuscumque.

---

E cap. 14 (== cap. 19): <sup>1)</sup> || fehlt <sup>2)</sup> || fehlt.

schuldig sein solle, jedoch das durch besagten Anwalt und Procuratoren versprochen werde, alles das, was Urthel und Recht geben werde, vor bekant anzunemmen und deme nachzukommen und zu bezahlen, was werde erkent werden, und sich im Rechten zu stellen, bey Verpflichtung alles sein Haab und Guets, und das so wohl in Sachen, da einer angesprochen wurde und solche Ansprach widersprechen müesste, als in Sachen, da einer gegen andern Ansprach füerte, und solche zu erhalten ins Recht einliesse. Ausgenommen wan ein befründt und verwandte Persohn für eine andere ihre befründte oder verwandte Persohn etwas zu verfechten und zu beschützen oder etwas zu erhalten und zu erlangen übernehmen wolte, da mag solches beschechen, wan sye auch kein Befelch deswegen hette; jedoch solle ein solche Persohn oder Anwalt gnuegsame Bürgen stellen, das sye alles das so erkent mag werden, für gnembhalten, und was erkent wird, bezahlen und im Rechten sich stellen wolle, sowohl in Sachen, da sye möchte angesprochen werden, als in Sachen, da sye Ansprach füeren wurde. Und Befründte oder Verwandte sollen verstanden werden alle diejenige, so einanderen sowohl in graden Linien der Ascendenten und Descendenten als in den Transversalen und Zwerch-Linien bis in das dritte Grad befründt und verwandt seynd; es solle auch der Schwächer und Dochterman vor Verwandte und Befründte verstanden werden; ein gleiches solle auch von dem Ehman verstanden werden, so er in Namen seiner Frauen etwas fordern oder verfechten wolte.

#### Caput 19.

##### **Das der Landvogt schuldig seye, deme, der kein Fürsprech hat, einen zue geben.**

Item es ist gesetzt, das so einer wegen der Widerparth grosse Vermögenheit, Ansechen, Forcht old Liebe oder anderen Ursachen kein Fürsprech finden möchte, so solle in solchem Fahl ein Landvogt schuldig seyn, einen aus den Fürsprechen nach seinem Guetdunken dahin zu halten, das er besagter Parth Fürsprech seye, ohnangesechen diser verordnete Fürsprech der Widerparth Fürsprech wäre oder solches einwenden thäte. Und solle disem Fürsprech der Eyd angeben werden, das er dis ihme auferlegte Ambt wohl, ufrichtig und noch Formb Rechtens verrichten und ohnangesechen aller Forcht, Liebe, Gelt, Pitt old anders alles dasjenig thuen und vorbringen wolte, was sein Ambt erforderet.

## Cap. 20.

**Quod nullus infamis possit esse procurator.**

Item statutum est, quod nullus damnatus de proditione, furto aut falsitate aut aliquo delicto, ex quo de jure infamia irrogetur, possit esse procurator aut aliquod officium publicum exercere, et idem intelligatur in praevericatore, et praevericator intelligatur qui prodita parte sua alteri parti jura seu secreta suae partis manifestaverit [et<sup>1)</sup>] alteri parti consilium palam vel secrete dederit, aut qui relictā parte sua alterius partis esse cooperit procurator [absque expresso mandato judicis. Et procuratores a Consilio Bellinzonae elegantur, qui proinde teneantur Commissario praestare juramentum, quod fideliter et legaliter procurare velint. Liceat tamen unicuique prout libuerit procuratore extraneo uti, ita tamen venia Commissarii fiat, juramentum autem supradictum forensis procurator non teneatur praestare. In causa autem propria liceat unicuique suam causam proponere et defendere.]<sup>2)</sup>

## Cap. 21.

**De ordine procedendi contra absentem in actione personali.**

Item statutum est, [si]<sup>1)</sup> quis agere actione personali velit et adversarium suum legitime citari fecerit, et adversarius non comparuerit, sed fuerit [condemnatus in contumaciam et eam non purgaverit, ut dictum est,]<sup>2)</sup> si actor voluerit, propter ipsius contumaciam detur per Potestatem Bellinzonae ipsi actori possessio taedialis in bonis dicti absentis et contumacis, ut taedio affectus veniat responsurus, et si quidem reus veniens possessionem recuperare voluerit, usque ad annos decem quicumque eam recuperare possit et non ultra, et hoc nisi actor ulterius procedere voluerit, ut infra sequitur, dum tamen recuperare volens possessionem actori prius restituat omnes expensas, quibus restitutis et possessione recuperata, in causa jure ordinario procedatur.

E cap. 15 (== cap. 20): <sup>1)</sup> [aut] <sup>2)</sup> || fehlt.

E cap. 16 (== cap. 21): <sup>1)</sup> [quod si] <sup>2)</sup> [bannitus et in banno preteritus]

## Caput 20.

**Das kein Verleümbdter Fürsprech sein solle.**

Item es ist gesetzt, das keiner, der wegen Verräthery, Diebstahls, einiger Faltschheit oder anderer Laster, das von Rechts wegen eine Verleümbdung auf sich tragt, berechtiget und verfellt worden, nit möge zu einem Fürsprechen oder einigen anderen Ambt dargeben werden, noch solches versechen. Ein gleiches solle verstanden werden auch von einem, der sein Pflicht übertrittet, sein Parthy und dero ihme anvertrauwte Rechtsamme und Heimblikeit der Widerpart eröffnet, und derselben öffentlich oder heimlich berathen ist, oder welcher sein Parth verlasset, und der Widerparth anfangt Fürsprech zu seyn ohne austruklichen Befelch des Richters. Und die Fürsprechen sollen von dem Rhat zu Bellentz erwöhlt werden, welche nachgehndts dem Landvogt schuldig seyn sollen durch ein Eydt anzuloben, das sye ihr Amt treüwlich und nach den Rechten versechen wollen. Es ist aber einem jedwederen erlaubt noch Belieben sich eines frömbden Fürsprechen zu bedienen, jedoch solches mit Begruessung des Landvogts beschechen solle; es solle aber einem solchen frömbden Fürsprechen obgemelter Eydt nit zugemuothet werden. Und mag ein jetweder sein eigne Sach selbst vortragen und verfechten.

## Caput 21.

**Wie man wider die Abwesenden in persönlicher Action verfahren und handlen solle.**

Item es ist gesetzt, so einer ein Personal-Action wider den Anderen hette, das ist da er praetendierte, das selbiger ihme etwas zu thuen oder zu geben schuldig seye, und selbigen ordenlich hette lassen citieren, die Widerpart aber nit erschinen und deswegen in contumaciam verfellt worden, und sich von selbiger seiner Ungehorsamme nit beschönet noch ledig gemacht hette, das alsdan in Ansechung diser Ungehorsamme und Halsstarrikeit des Beklagten, ihme zum Verdruss, dem Kläger von dem Landvogt des Beklagten Güeter zu besitzen übergeben werden, damit also diser ungehorsamb Abwesende durch disen ihme gegebenen Verdruss bewegt werde zu erscheinen und Red und Antwort zu geben. Da dan der Beklagte kommen und die wider Besitzung seiner Güeteren rechtlich erlangen wolte, hat er darzu 10 Jahr lang Zeit und Frist, so veer underdessen der Actor oder Kläger nit weiters procedieren wolte, wie hernach volget. Es solle aber derjenige, so die Besitzung wider erlangen will,

Si vero actor possessione non recuperata et ea non contentus ulterius procedere voluerit, elapso anno a die introitus in possessionem facti faciat iterum citari reum et publice proclamari, ut omnes eius affines, vicini, propinqui et amici, si qui sunt, volentes eius bona defendere, infra octo dies coram Potestate Bellinzonae compareant ipsi actori facere rationem, et si quis in dicto termino comparuerit, audiatur possessionem recuperare volens, solvendo expensas ut supra.

Si vero dicto |termino|<sup>3)</sup> nullus comparuerit, actore prius de debito fidem faciente aut per publicum instrumentum aut per testes fide dignos, qui hoc casu etiam ante litem recipi possint, faciat Potestas bona dicti absentis et contumacis per |aestimatores Communitatis|<sup>4)</sup> Bellinzonae aestimari, et ipsa aestimata de caetero in solutum det actori usque ad quantitatem debiti in citatione vel petitione declarati, qua aestimatione facta possit reus sive eius procurator dicta bona aestimata usque ad annos duos recuperare secundum quod continetur infra in statuto de ordine aestimationis,<sup>a)</sup> solvendo prius debitum cum expensis.

### Cap. 22.

#### **Quod missus in possessionem eam alienare non possit et fructus lucretur.**

Item statutum est, quod si quis missus fuerit in possessionem alicuius rei vel rerum aliter quam per sententiam definitivam, quod lucretur fructus dictarum rerum, quamdiu in

---

<sup>3)</sup> |termino elapso| <sup>4)</sup> |extimatores communis| auch nachher extimare, extimatio. <sup>a)</sup> cap. 72.

E cap. 17 (= cap. 22).

zuvor dem Kleger alle Cösten widererstattten, nach dero Abstattung und nach deme er die Besitzung wider wird erlangt haben, solle in dem Handel fernes nach Formb Rechtens fortgefahren werden.

Wan aber die Besitzung nit wider gesuecht wurde, und der Actor old Kläger mit deren nit zufriden, sondern fernes procedieren wolte, so solle er noch verflossnem Jahr von dem Tag an, da er angefangen die Güeter zu besitzen, den Beklagten widerumb citieren und öffentlich ausruefen lassen; das alle seine Fründt, Verwandte, Verschwägerte oder Benachbarte, so deren wären, welche des Beklagten Güeter beschützen und verfechten wolten, innerthalb acht Tagen vor dem Landvogt erscheinen solten, ihme dem Kläger des Rechten zu seyn, und so dan jemand innert besagtem Termin erscheinen wurde, Willens die Besitzung widerumb zu erlangen, mag er verhört werden, doch das er zuvor die Cösten wie obvermeldet abstatte.

Wan aber nach Verfliessung der besagten acht Tagen niemand erscheinen wurde und der Kläger oder Actor sein Ansprach oder Schuld durch öffentliche Instrument oder durch Verschreibung oder durch glaubwürdige Zeügnussen (so vor Anfang des Rechtshandels mögen aufgenommen worden seyn) beweisen thäte, solle der Landvogt des besagten Abwesenden und Ungehorsammen oder Halsstarrigen Güeter durch die Schätzer der Communitet Bellentz schätzen lassen und dem Kläger noch der Schätzung übergeben, bis selbiger umb alle seine Ansprach, wie er selbige in der Citation oder Klag erklährt hat, wird bezalt seyn. Es mag aber noch solcher gethaner Schätzung der Beklagte oder sein Anwalt die besagte geschätzte Güeter bis in zwey Jahr lang widerumb lösen und an sich bringen nach Inhalt des nachkommenden Statuts von der Ordnung der Schatzungen, so vern er innert besagten 2 Jahren zalt, was er schuldig, sambt den Cösten.

#### Caput 22.

**Das derjenige, der in Besitzung einer Sach old Guets gesetzt worden, solche old solches nit vereüsseren old alienieren möge, doch die Nutzniessung gewünne.**

Item es ist gesetzt, das so einer anderst dan durch ein End Urthel in Besitzung einer Sach, Guets old Güeteren gesetzt wurde, solle er von selbigen, so lang er in deren Besitzung ist, die Nutzniessung gewünnen, doch solle er nit mögen selbige Besitzung old besessne Sachen old Güeter uf einicherley Weis alienieren und vereüsseren oder aufhören zu

possessione ipsarum steterit, nec possit dictus missus in possessionem ipsam possessionem sive rem vel res possessas alienare aliquo modo nec desinere possidere, antequam elapsum sit tempus quo reus possessionem dictae rei vel rerum recuperare possit; |salvo si vellet alienare cum pacto dicti regressus.|<sup>1)</sup> Et si ante dictum tempus aliquo modo alienaverit aut possidere desierit, possit dicta possessio recuperari secundum modum supra proximi statuti, et Potestas |sive Commissarius|<sup>2)</sup> teneatur omnibus modis tam illum qui alienaverit quam illum cui facta esset alienatio et possideret, cogere dictam possessionem sive rem vel res possessas restituere, et possint dictae personae dicta occasione capi et personaliter detineri, et in hoc procedatur summarie etiam diebus feriatis, |dummodo non sint feriae ex praecepto Ecclesiae indictae,|<sup>3)</sup> et sine datione libelli.

## Cap. 23.

**Quod non possit dari parabula nisi contra nominatum in instrumento.**

Item statutum est, quod per Potestatem vel |Commissarium|<sup>1)</sup> Bellinzonae non possit dari parabula ingrediendi in possessionem ex forma contractus nisi contra debitorem nominatum in instrumento vel eius haeredem tantum nisi prius legitime citatus fuerit possessor illius rei, et omnis parabula quae aliter daretur, non valeat, et parabula data intrandi in possessionem aliquarum rerum usque ad annum unum valeat, ulterius vero non valeat nec ipsa actor uti possit, nisi |denuo|<sup>2)</sup> recuperaretur.

## Cap. 24.

**Quod instrumenta condemnationis voluntariae executioni mandentur.**

Item statutum est, quod si aliqua persona Bellinzonae vel Comitatus habere debuerit ab alio per publicum instru-

<sup>1)</sup> || fehlt <sup>2)</sup> || fehlt <sup>3)</sup> || fehlt.

E cap. 18 (= cap. 23): <sup>1)</sup> |rectorem| <sup>2)</sup> |de nouo|

E cap. 19 (= cap. 24).

besitzen, bis und so lang das Zihl und Zeit verflossen, innert welcher der Beklagte die Besitzung selbiger Sachen old Güeteren widerumb an sich ziechen kan oder Fueg und Macht darzu hat, es were dan Sach, das er solches thäte mit dem klaren Anbeding und Vorbehalt, das solches dem Beklagten an seinem besagten Recht ohnnachtheilig wäre; und so er vor Verfliessung besagter Zeit uf einicherley Weis solche alieniert, vereüsseret oder zu besitzen aufgehört hat, mag solche Besitzung nach Ausweisung des vorgehenden Statuts widerumb an sich gezogen werden, und solle der Landvogt schuldig sein, sowohl denjenigen, der solche alieniert und vereüsseret, als denjenigen, deme solche Alienierung und Uebergaab beschechen wäre und solche besitzen wurde, mit aller Gebühr dahin zu halten, das sye besagte Besitzung oder besessne Sachen old Güeter zurugg geben sollen; so mögen auch in solchem Fahl besagte Persohnen eingezogen und persönlich angehalten werden und wider sye auch an Feyrtägen, die nit von der Kirchen gebotten, und ohne Weitleüfkeit, auch ohne Uebergebung des Libels oder schriftlicher Anklag verfahren und procediert werden.

#### Caput 23.

**Es solle allein wider die, so in dem Instrument oder Verschreibung genambset werden, die Erlaubnus ein Guet zu besitzen geben werden.**

Item es ist gesetzt, das der Landvogt nit solle mögen die Erlaubnus geben ein Guet zu besitzen, so kraft eines Contracts praetendiert wird, als allein wider den Schuldneren, so in dem Instrument oder in der Verschreibung des Contracts genambset wird, old dessen Erben allein, es wäre dan zuvor der Besitzer selbiger Sach old Guets rechtmässig citiert worden; und so einiche Erlaubnus old Bewilligung anderst ertheilt wurde, solle selbige ungültig sein. Die Erlaubnus aber, ein solch Guet zu besitzen, solle nit länger als ein Jahr lang gültig sein, und solle sich derselben der Actor old Kläger nit fernes bedienen old gebrauchen mögen, es wäre dan Sach, das er solche neüwerdingen widerumb erhalten hätte.

#### Caput 24.

**Die Instrumenta freywilliger Schuldbekanntnussen sollen vollzogen und exequiert werden.**

Item es ist gesetzt, so ein Persohn von Bellentz oder aus der Grafschaft an einen etwas zu fordern und deswegen von selbigem ein offenlich Instrument seiner freywilligen

mentum condemnationis, non possit persona obligata petere libellum sibi offerri, sed teneatur Potestas ad petitionem creditoris vel eius nuntii statuere terminum unius diei debitori ad habendam copiam instrumenti, qua habita statuat terminum quindecim dierum ipsi debitori ad opponendum, contradicendum et probandum quidquid voluerit contra dictum instrumentum; quo termino elapso si debitor nihil legitime probaverit, amplius non audiatur, sed instrumentum condemnationis omnino ad voluntatem creditoris nulla exceptione obstante executioni mandetur. Salvo quod si debitor dictum instrumentum de falso reprobare voluerit, tunc habeat terminum triginta dierum ad ipsam falsitatem probandam, ipso tamen prius jurante dictum instrumentum esse falsum. Nec per hoc statutum derogetur nec praejudicium fiat statuto posito [supra,<sup>1)</sup>] quod bannitus et condemnatus non audiatur.

## Cap. 25.

**De termino dando debitoribus.**

Item statutum est, quod si quis alterius fuerit debitor sive per chartam sive sine charta, et requisitus in judicio sponte debitum fuerit confessus, teneatur Potestas tali debitori, si debitum fuerit a libris quinque tertiol.<sup>1)</sup> infra, facere praeceptum de solvendo infra terminum suo arbitrio moderandum; si vero fuerit debitum a libris quinque tert.<sup>2)</sup> supra usque ad libras decem, teneatur facere praeceptum de solvendo infra decem dies; si vero fuerit a libris decem supra usque ad libras viginti quinque, infra terminum quindecim dierum; si autem a libris viginti quinque usque ad libras quinquaginta, infra terminum viginti dierum; si autem a libris quinquaginta usque in centum libras, infra terminum triginta dierum; a libris autem centum supra, quantumcumque quantitatis debitum existat, infra terminum duorum mensium; quibus terminis elapsis detur parabula robandi, in possessionem intrandi et ulterius prout de jure fuerit procedendum. [Et in-

<sup>1)</sup> [supra in rubrica] s. cap. 16.

E cap. 20 (= cap. 25): <sup>1)</sup> [solidis centum] <sup>2)</sup> [solidis centum]

Schuldbekantnus hat, das ein solcher Schuldner nit Fuog noch Macht hat, von dem Schuldgläubigeren das Libell oder die Uebergebung der schriftlichen Anklag zu fordern, sondern es solle der Landvogt auf Begehren des Schuldgläubigers oder dessen Botten dem Schuldner ein Tag lang Zihl und Zeit geben, ein Copy von dem Instrument zenemmen; wan solches beschechen, solle dem Schuldner 15 Tag lang Zihl und Zeit geben werden, damit er nach seinem Belieben alles das, so er darwider einzuwenden, zu widersprechen oder zu probieren haben möchte, vorbringen möge; nach Verfliessung aber des besagten Termins, so der Schuldner nichts wurde probiert haben, solle er nit mehr verhört, sonder das Instrument seiner Schuldbekantnus solle gäntzlichen nach des Schuldgläubigers Verlangen ohne einigen Vorbehalt vollzogen und exequiert werden. Ausgenommen so besagter Schuldner wolte probieren, das besagtes Instrument faldtsch wäre, da solle er 30 Tag Zihl und Zeit haben, besagte Faltschheit zu probieren; doch solle er zuvor eydlich darthuen, das besagtes Instrument faldtsch seye. Es solle aber durch dises Statut dem obgesetzten Statut, so meldet, das ein Verfellter und Verbanneter nit solle verhört werden, kein Eintrag noch Nachtheil beschechen.

#### Caput 25.

##### Von dem Zihl old Termin den Schuldneren zue geben.

Item es ist gesetzt, so einer dem anderen mit oder ohne Verschribung etwas schuldig wäre und deswegen vor Recht erforderet wurde, auch aldorten sein Schuld freywillig bekente, so solle der Landvogt schuldig seyn dem Schuldner zu gebiethen, das er die Schuld bezahlen solle innert gwüssem Zihl, so der Landvogt noch seinem Belieben setzen mag, so die Schuld allein umb 5 ⠄ oder darunder wäre; so aber die Schuld von 5 bis auf 10 ⠄ wäre, solle der Landvogt das Zihl, selbige zu bezahlen, auf 10 Tag setzen, und so die Schuld von 10 ⠄ bis auf 25, solle das Zihl sein 15 Tag; so aber die Schuld von 25 ⠄ bis auf 50 sich belaufen thäte, solle das Zihl 20 Tag, und von 50 ⠄ bis auf 100 ⠄ 30 Tag das Zihl sein; wan aber ein Schuld über 100 ⠄ steigen thäte, so soll das Termin, wie gross auch die Schuld wäre, nit länger als auf 2 Monath gestellt werden, und noch deme selbige verlossen, solle dem Schuldgläubigeren Erlaubnus geben werden Pfandt und Schatzung auszunemmen und solche in Besitzung zu nemmen und ferners dem Rechten nach zu verfahren. Doch sollen allezeit under währendem gestellten

terim bona talis debitoris remanere debeant ac si forent specialiter obligata creditori.<sup>3)</sup>

Cap. 26.

**Quod quilibet debitor forensis possit citari ad |Praetorium.|<sup>1)</sup>**

Item statutum est, quod quilibet forensis sive eius haeres, qui teneatur aliquid dare vel solvere alicui de Bellinzona vel Comitatu sive per formam contractus vel promissionis vel quovis alio modo, citari possit ad |Praetorium Communitatis|<sup>2)</sup> Bellinzonae, ubi jus redditur, |si debitum in Bellinzona vel Comitatu contractum fuerit,<sup>3)</sup> et post ipsam citationem procedi possit ac si ipsa citatio personaliter ipsi forensi in Bellinzona facta fuisset, data tamen prius ipsi citato tali dilatione, quod ad aures et notitiam ipsius dicta citatio potuerit pervenire, et quo ad hoc forensis intelligatur ille qui non habitat in burgo Bellinzonae vel Comitatu. |In quo non comprehendantur vicini Trium Cantorum Uraniae, Suitii et Subsilvaniae infra silvam.|<sup>4)</sup>

Cap. 27.

**Quod quilibet debitor forensis possit detineri et eius bona contestari.**

Item statutum est, quod si quis non habitans in Bellinzona vel Comitatu |(reservatis tamen vicinis Uraniae, Suitii et Subsilvaniae infra silvam)|<sup>1)</sup> aliquid dare vel facere debuerit alicui de jurisdictione Bellinzonae, si talis debitor sive eius haeredes in Burgo Bellinzonae vel Comitatu repertus fuerit, teneatur Potestas |sive Commissarius|<sup>2)</sup> ad instantiam |creditoris|<sup>3)</sup> ipsum debitorem personaliter capere et detinere et etiam ipsius bona robari, saxiri et contestari facere, si in Bellinzona vel Comitatu reperiantur, etiam in strata publica, |pro tota quantitate quam creditor habere debet, et insuper cum tertia parte, et non ulterius;|<sup>4)</sup> et hoc |nisi|<sup>5)</sup> solverit

<sup>3)</sup> || fehlt.

E cap. 21 (= cap. 26): <sup>1)</sup> |copertum| <sup>2)</sup> |copertum comunis|

<sup>3)</sup> || fehlt <sup>4)</sup> || fehlt.

E cap. 22 (= cap. 27): <sup>1)</sup> || fehlt <sup>2)</sup> || fehlt <sup>3)</sup> |habere debentis| <sup>4)</sup> || fehlt <sup>5)</sup> |donec|

Zahl oder Termin die Sachen old Güeter eines solchen Schuldners unverändert pleiben, als wan sye dem Schuldgläubigeren specificierlich verschrieben wären.

Caput 26.

**Das ein jeglicher frömbder oder auslendischer Schuldner möge nach Bellentz für Recht gefordert und citiert werden.**

Item es ist gesetzt, so ein Auslendischer und Frömbder einem von der Statt old Grafschaft Bellentz etwas zu geben oder zu bezahlen, es seye durch ein Contract, Versprechen oder auf was für andere Weys, schuldig ist, das ein solcher Frömbder old dessen Erb, wan die Schuld in der Statt old Grafschaft Bellentz aufgeloffen, möge noch Bellentz für Recht geladen und citiert werden. Und wan solche Citation beschechen und so vil Zeit verflossen sein wird, in welcher besagte Citation dem Angesprochnen wohl hat mögen zu Ohren kommen und ihme wüssenhaft werden, so solle alsdan fernes procediert und verfahren werden, als wan solche Citation einem solchen Fremden persönlich in Bellentz wäre intimiert und angekünt worden. Und für ein Frömbder solle geachtet werden ein jeder, der nit in der Statt oder Grafschaft Bellentz wohnet. Dis Capitul aber solle nit auf die Landleüth der 3 lobl. Orten Ury, Schwyz und Unterwalden gemeint, sonder selbige hierin usgenommen seyn.

Caput 27.

**Das ein jeder frömbder Schuldner mag angehalten und seine Güeter in Verhaft genommen werden.**

Item es ist gesetzt, so einer, der nit in der Statt old Grafschaft Bellentz wohnet (die Landleüth der 3 lobl. Orten Ury, Schwyz und Unterwalden heiter vorbthalten), einem in dem Bellentzer Gepieth etwas schuldig, und solcher Schuldner oder seine Erben in der Statt old Grafschaft Bellentz betreten wurden, das der Landvogt auf des Schuldgläubigers Anhalten schuldig seye, ein solchen Schuldner persönlich zu fangen und anzuhalten lassen, auch dessen Güeter old Sachen, so selbige in der Statt old Grafschaft mögen betreten werden, anzugreifen und in Verhaft zu nemmen, jedoch nit mehr als so vil die Ansprach betrifft, sambt dem 3ten Pfennig noch darzu, und nit weiters. Welches aber allein solle verstanden werden, im Faal der Schuldner die Schuld nit bezahlen wolte oder mit dem Schuldgläubigeren abmachen oder demselben nit ein Bürgen geben wurde, das er ihm im Rechten gestehn und ihme gueter und vollkommenner Rechnung sein und alles

aut in concordia fuerit cum creditore suo aut ei fidejussorem dederit de stando juri et de faciendo sibi bonam et integrum rationem et solutionem de eo in quo ipsius debitor reperiretur, creditore tamen prius coram Potestate ostendente debiti instrumentum, si de ipso fuerit instrumentum, aut ipso jurante quod ipsum instrumentum statim ostendere non potest, sed ipsum infra terminum sibi per Potestatem assignandum ostendet, aut aliter de debito fidem faciat, si de ipso instrumentum non fuerit. Quo termino elapso si instrumentum non produxerit aut aliter de debito fidem non fecerit, teneatur Potestas ipsum cogere ad restituendum omnia damna, expensas et interesse illi quem detineri fecisset aut eius bona contestari fecisset, in duplum. Salvo quod nullus forensis vel alia persona pro aliquo debito possit capi, nec eius bona contestari tempore nundinarum Sancti Bartholomaei, quamdiu dictae feriae sive nundinae duraverint; |salvo etiam si quis exemptionem aliquam authenticam contra hoc statutum haberet, quod ea per hoc non debeat praejudicari.|<sup>6)</sup>

## Cap. 28.

**De habere debentibus ab iis qui non sunt sub eodem Dominio cum Bellinzona.**

Item statutum est, cum terra Bellinzona sit portus et transitus et in ipsa cum mercatoribus et aliis advenis forensibus, qui non sunt sub eodem Dominio cum ipsa, multoties contrahatur, a quibus difficile est jus suum consequi, quod si quis de Bellinzona vel Comitatu ex quavis causa aliquid habere debuerit, seu aliquo modo damnificatus, laesus aut injuriam passus fuerit ab [alio,]<sup>1)</sup> qui non sit subditus Dominio |praefatorum clem<sup>morum</sup> Dominorum,<sup>2)</sup> et talis habere debens, damnificatus, laesus aut injuriam passus requisiverit superiorem, magistratum vel rectorem illius qui dare debuerit aut injuriam, damnum vel laesionem fecerit, cum instantia et in praesentia testium, ut sibi jus faciat, et dictus superior, magistratus vel rector ipsi requirenti denegaverit facere jus et justitiam, aut

---

<sup>6)</sup> || fehlt.

E cap. 23 (= cap. 28): <sup>1)</sup> |aliquo| <sup>2)</sup> |magn. Dominorum nostrorum, aber durchgestrichen und dafür gesetzt: magnifici et excellentissimi DD.|

das, so er ihme schuldig pleiben wurde, bezahlen wolle. Doch solle zevor der Ansprecher vor dem Landvogt die Schuldverschreibung, so eine darumb ufgericht worden, aufweisen, oder so er solche nit gleich bey der Hand hette, solle er anloben, das er solche auf das von dem Landvogt bestimbte Termin aufweisen wolle. Und so kein Instrument oder Verschreibung umb die Schuld wäre, solle er schuldig seyn anderwerts seine Ansprach zu probieren. Wan dan nach verflossnem Termin der Ansprecher das Instrument nit aufweisen oder die Ansprach nit anderwerts erweisen und probieren wurde, solle der Landvogt schuldig seyn denselben zu verfellen und dahin zu halten, dem jenigen, dene er also hette anhalten und seine Güeter old Sachen in Verhaft nemmen lassen, dōplet so vil als er geforderet und allen Costen und Schaden old Nachtheil zu bezahlen und zu ersetzen. Jedoch solle kein Frembder noch jemands ander umb einiche Schuld mögen gefangen noch seine Sachen old Güeter angehalten werden under der Zeit des Markts Sti Bartholomaei, solang selbiger Jahrmarkt währen wird. Auch solle heiter vorbehalten sein, so jemands einiche authentische Befreyung wider dises Statut hette, das selbiger hierdurch nichts eingriffen noch praejudiciert solle werden.

#### Caput. 28.

#### **Von denen, so an Leüthen zu fordern haben, die nit unter deren von Bellenz Oberkeit sitzen.**

Item es ist gesetzt, die weil Bellenz ein Port und Durchzug ist und aldorthen mit Kaufleüthen und anderen Frömbden, die nit unter deren von Bellenz Oberkeit sitzen, vil gehandlet wird, von denen schwärlich das seinig zu bekommen ist, wan also jemand von Bellenz oder us der Grafschaft an einem, der nit unter unserer Gnädigen Herren Herrschaft sässhaft, etwas, aus was Ursach es auch wäre, zu fordern hette, oder von einem solchen wäre beschädiget, verletzt oder verschmächt wäre worden, und sich diserer Beschädigung, Verletzung oder Verschmächung vor des Angesprochnen Oberkeit würklichen beklagt und selbige Obrieteit in Bysein der Zeügen umb Recht angeruefen hätte, solches aber ihme von besagter Obrieteit gäntzlich abgeschlagen oder innert Monatsfrist, nach dem er Recht begehrt hette, ihme nit Recht gehalten oder gesprochen wurde, da solle der Landvogt zu Bellenz schuldig seyn, auf Anhalten des Ansprechers oder dessen, so beschediget, verletzt oder geschmächt worden, den

a die requisitionis infra mensem jus non fecerit, teneatur Potestas Bellinzona ad instantiam habere debentis, dum tamen prius coram ipso de dicta requisitione legitime constet, ipsum dare debentem aut qui damnum, injuriam vel laesionem fecerit, et etiam quemlibet alium de jurisdictione dicti requisiti in jurisdictione Bellinzona repertum capere et personaliter detinere, et ipsorum bona et res robari et contestari facere usque ad plenam et integrum satisfactionem eius quod habere deberet aut in quo damnificatus esset, ipso tamen creditore prius coram Potestate fidem faciente de eo quod habere debet aut in quo damnificatus, laesus aut injuriam passus esset, aliquo jure in contrarium non obstante.

## Cap. 29.

**Nullus forensis audiatur nisi prius satisdederit.**

Item statutum est, quod nullus forensis in aliqua causa cum aliquo de jurisdictione Bellinzona de quavis fuerit retam in agendo quam in defendendo audiatur, nisi prius bonam securitatem fecerit cum bonis fidejussoribus de jurisdictione Bellinzona sub pacto capiendi et detinendi, in manibus illius cum quo fuerit in causa, de solvendo sortem cum expensis, damnis et interesse, quae fierent in causa, si in causa succumberet, et forensis quo ad hoc habeatur ille qui immobilia non possidet in Bellinzona vel Comitatu. Et hoc locum non habeat in quaestionibus mercedum et salariorum. |Salvo etiam a libris viginti quinque tert. et ab infra in causa paupertatis. In quo non comprehendantur vicini Trium Cantorum Uraniae, Suitii et Subsilvaniae infra silvam, et ii in quibus Commisarius invenerit impossibilitatem satisdandi, quae impossibilitas intelligatur in rebus solummodo parvi momenti.|<sup>1)</sup>

---

E cap. 24 (= cap. 29): <sup>1)</sup> || fehlt.

Angesprochnen oder denjenigen, der den Schaden zugefügt oder durch den die Verletzung oder Verschmähung beschechen, oder auch einen anderen, der aus des Angesprochnen Gepieth wäre, so sye in dem Bellentzer Gepieth angetroffen werden, wirklichen lassen fangen und anhalten, auch derselben Sachen und Güeter in Verhaft nemmen und schätzen zu lassen, bis zu völliger Bezahlung des Ansprechers oder bis der Schaden, die Verletzung oder Verschmähung ersetzt und erstattet sein wird. Jedoch solle zuvor dem Landvogt gneugsame Zeügnus bracht werden, das der Ansprecher oder Beschädigte wie ob des wegen vor des Angesprochnen Obrikeit Recht begehrt, solches aber nit habe mögen, wie obgesagt, erhalten. Und solle auch besagter Ansprecher vor dem Landvogt gneugsambe Beweisthumb darthuen, das was er an dem Beklagten anzusprechen oder was gstanzen er von selbigem beschädiget, verletzt oder geschmächt worden, ohnangesechen einiges Recht darwider wäre.

## Caput 29.

**Das kein Ausländischer solle verhört werden, so er nit zuvor Bürgschaft gestellt.**

Item es ist gesetzt, das kein Ausländischer, der mit einem aus dem Bellentzer Gepieth einichen Rechtshandel hätte, er wäre gleich der Ansprecher oder der Angesprochne, solle verhört werden, er hette dan zuvor gneugsame Bürgschaft oder guete Bürgen in dem Bellentzer Gepieth gestellet, mit Beding, angehalten und gefangen zu werden; die Bürgschaft solle beschechen zu Handen dessen, gegen deme er im Rechtshandel begriffen, umb die Bezahlung sowohl der Ansprach als auch der Cösten, Schaden und Interesse, so in dem Handel ufgehn möchten, sofern er in demselbigen verlustig unterligen wurde. Und für ein Usländischer solle geachtet werden derjenige, der keine ligende Güeter zu Bellentz oder in der Grafschaft hat. Jedoch solle solches nit verstanden werden noch statt haben in den Streithändlen der Lidlöhnen oder Besoldungen, wie auch da die Ansprach allein uf 25 ₣ oder nit so hoch sich erstrecken thäte, und da ein Armer nit Trostung funde. Es sollen auch hierin die Landleüth der 3<sup>en</sup> lobl. Orten Ury, Schwytz und Underwalden nit dem Kernwald nit vergriffen seyn, wie auch diejenige, so der Landvogt sicht das ihm unmöglich seye ein Bürgschaft zu finden, doch solle diese Unmöglichkeit allein von kleinen Sachen verstanden werden.

## Cap. 30.

**Quod processus extra Bellinzonam factus Bellinzonae non valeat.**

Item statutum est, quod si quis de Bellinzona vel Comitatu alicui personae, undecumque existat, fuerit obligatus, et talis persona habere debens alibi quam in Bellinzona debitorem suum citari fecerit et ibi contra eum aliquem processum fecerit in eius absentia, talis processus nullo modo valeat Bellinzonae, nec Potestas Bellinzonae ipsum processum executioni mandet, nec vigore dicti processus contra debitorem ullo modo procedatur, sed talis persona habere debens coram Potestate Bellinzonae debitorem citari faciat et ibi contra ipsum procedat; alibi vero et aliter processus factus Bellinzonae non valeat nec executioni mandetur.

## Cap. 31.

**Quod nullus de jurisdictione Bellinzonae |ad petitionem alicuius extranei|<sup>1)</sup> possit capi nec contestari.**

Item statutum est, quod aliqua persona Burgi Bellinzonae vel Comitatus non possit capi nec personaliter detineri nec ipsius bona vel res contestari ad petitionem alicuius extranei qui non sustineat onera, taleas et fodra |Communitatis|<sup>2)</sup> Bellinzonae, salvo |quod pro mercede possit.|<sup>3)</sup>

## Cap. 32.

**Quod non cedatur jus non subditis jurisdictioni Bellinzonae, nec ab eis cessio recipiatur.**

Item statutum est, quod nullus subditus jurisdictioni Bellinzonae possit aliquo modo de aliqua charta vel obligatione jus suum cedere alicui non subdito jurisdictioni Bellinzonae contra aliquem de jurisdictione Bellinzonae, et si cesserit, contractus cessionis nullus ipso jure sit nec valeat. Salvo quod si aliquis forensis esset obligatus principaliter vel secundario in manibus alicuius de Bellinzona vel Comitatu in eodem instrumento una cum aliquo de Bellinzona vel Comitatu, tunc dicto forensi fieri possit cessio de dicta obligatione contra eum, pro quo sive cum quo esset obligatus.

E cap. 25 (= cap. 30).

E cap. 26 (= cap. 31): <sup>1)</sup> |pro aliquo extraneo| <sup>2)</sup> |comunis|  
<sup>3)</sup> |quam pro mercede|

E cap. 27 (= cap. 32).

## Caput 30.

**Das die Process, so aussert Bellentz aufgericht, zu Bellentz kraftloos sein sollen.**

Item es ist gesetzt, so einer von Bellentz oder aus der Grafschaft einem anderen, woher der auch wäre, etwas schuldig wäre, und ein solcher Ansprecher disen seinen Schuldner anderstwohin als nach Bellentz citieren liesse und aldorten wider ihne in seiner Abwesenheit ein Process ufrichten liesse, so soll ein solcher Process zu Bellentz kraftloos sein und von dem Landvogt nit mögen vollzogen werden, und mag man kraft selbigen Prozesses wider den Schuldner keineswegs nichts vornemmen, sondern es solle ein solcher Ansprecher den Schuldner für den Landvogt zu Bellentz citieren lassen und aldorten wider ihne procedieren, so aber der Prozess andersten und anderstwo gemacht worden, ist selbiger ungültig und mag nit vollzogen werden.

## Caput 31.

**Das keiner von der Grafschaft Bellentz auf Anhalten eines Frömbden möge gefangen noch in Verhaft genommen werden.**

Item es ist gesetzt, das ein Persohn der Statt old Grafschaft Bellentz nit möge gefangen noch persönlich angehalten noch seine Sachen old Güeter in Verhaft genommen werden auf Anhalten eines Frömbden, der die Beschwärden und Auf läg des Communs Bellentz nit traget, ausgenommen umb Lid lohn mag es beschechen.

## Caput 32.

**Das kein Bellentzer sein Recht einem Frömbden oder Ausländischen übergeben möge und solches von disen nit möge angenommen werden.**

Item es ist gesetzt, das kein Bellentzer Underthan auf einiche Weis möge sein Recht, so er an einer Geschrifft oder Obligation wider ein Bellentzer Underthan haben möchte, einem Frömbden, der kein Bellentzer Underthan ist, cedieren und übergeben möge, und so er ein solches übergeben thäte, solle der Uebergab Contract ungültig sein; vorbehalten wan ein Frömbder in einem Instrument mit old neben einem von Bellentz der Hauptschuldner oder Nachwähr darumb wäre zu Handen eines Creditoren von Bellentz oder der Grafschaft, so mag einem solchen Frömbden selbige Schuld old Obligation wohl übergeben werden wider denjenigen, für welchen oder mit welchem er verbunden oder Nachwähr worden. In gleichem solle keiner von Bellentz oder von der Grafschaft von einem Frömbden, der kein Bellentzer Underthan ist, einiche solche Uebergab mögen annemmen wider einen von Bellentz

Similiter nec aliquis de Bellinzona vel Comitatu possit aliquam cessionem recipere contra aliquem de Bellinzona vel Comitatu ab alio non subdito jurisdictioni Bellinzonae, nisi ille qui dictam cessionem reciperet, obligatus esset principali vel secundario cum illo contra quem ipsa cessio fieret, vel nisi hoc procederet de voluntate eius contra quem cessio fieret; et si aliter fiat, non valeat.

Cap. 33.

**Quod nullus forensis gaudeat beneficiis statutorum |Communitatis|<sup>1)</sup> Bellinzonae.**

Item statutum est, quod nullus forensis de caetero gaudeat privilegiis et beneficiis |Communitatis|<sup>2)</sup> Bellinzonae nec beneficiis provisionum, statutorum vel reformationum |dictae Communitatis|<sup>3)</sup> aut in favorem hominum Bellinzonae factis uti possit, nec ipsa in judicio vel extra pro se allegare, |salvo in jure reddendo ipsis forensibus, cuiuscumque regionis existant, quod ipsis tale jus reddatur quale redditur hominibus Bellinzonae et Comitatus in partibus ipsorum forensium. Et hoc habeat vim ubi haberi potest commoda notitia statutorum et consuetudinum suorum vel suarum. In partibus autem longinquis, ubi notitia haberi non potest, tunc serventur statuta Bellinzonensia;|<sup>4)</sup> et forensis intelligatur ille qui non sustinet onera, fodra et taleas |Communitatis|<sup>5)</sup> Bellinzonae de omnibus suis bonis.

Cap. 34.

**Quod forenses venientes ad habitandum in Bellinzona vel Comitatu teneantur sisdare et omnia onera sustinere.**

Item statutum est, quod nullus forensis possit venire ad habitandum in Bellinzona vel Comitatu nisi prius habita facultate et licentia a praefatis clem<sup>mis</sup> Dominis sive a Commissario eorum nomine et a Consilio generali Communitatis Bellinzonae et loci in quo habitare cupit, et habita dicta licentia teneatur dare bonam securitatem cum bonis et idoneis fidejussoribus de jurisdictione Bellinzonae, pro summa scutorum centum, quorum duae partes obligatae sint pro debitis, quae per talem forensem contrahi contigerit, et de solvendo

---

E cap. 28 (= cap. 33): <sup>1)</sup>|comunis| <sup>2)</sup>|comunis| <sup>3)</sup> |dicti communis| <sup>4)</sup>|| fehlt <sup>5)</sup>|comunis|

In E fehlt cap. 34.

oder von der Grafschaft, es wäre dan Sach, das derjenige, der ein solche Uebergab annemmen will, für denjenigen oder mit demjenigen, wider welchen solche Uebergab bescheche, als Haubtschuldner oder Nachwähr verbunden und schuldig wäre, oder das solches mit Willen desjenigen, wider welchen die Uebergab beschichtet, gescheche, andersten solche ungültig sein solle.

Caput 33.

**Das kein Frömbder solle sich ab des Commun Bellentz Statuten Fryheiten zu befreüwen haben.**

Item es ist gesetzt, das fürohin kein Frömbder sich der Fryheiten des Communs Bellentz befreüwen solle noch der Nutzbarkeiten der Provisionen, der Statuten oder Reformations des besagten Communs Bellentz oder die zu Gunst der Einwohneren zu Bellentz gemacht worden, geniessen möge noch selbige inn- oder ussert Rechtens einwenden, vorbehalten im Rechthalten gegen den Frömbden sollen selbige, woher sye auch wären, gehalten werden wie die von Bellentz und der Grafschaft bey selbigen Frömbden auch gehalten werden. Und das solle gemeint sein, wo man der Statuten und Gewohnheiten, so bey selbigen Frömbden gehalten werden, kombliche Nachricht haben kan; wo aber wegen Entlegnung der Länderen diese Nachricht nit möchte eingebbracht werden, solle nach den Statuten zu Bellentz gerichtet werden. Und für ein Frömbder solle geachtet werden, welcher die Beschwärdten und Aufläg des Communs Bellentz nit tragen thuet.

Caput 34.

**Das die Frömbden, so nach Bellentz oder in die Grafschaft kommen zu wohnen, Bürgschaft geben sollen und alle Beschwärdten zue tragen schuldig seyen.**

Item es ist gesetzt, das kein Frömbder zue Bellentz oder in der Grafschaft einsitzen möge, er habe dan zuvor dessen die Erlaubnus von unseren Gnädigen Herren oder in dero Namen von dem Landvogt und von dem Consilio generali des Communs Bellentz wie auch von dem Ort, da er einzusitzen begehrt, erhalten. Und nach erlangter solcher Erlaubnus solle er schuldig seyn in der Grafschaft Bellentz für hundert Cronen Bürgschaft old guete Bürgen zu geben; von diser Bürgschaft sollen zwey Theil dienen und verpflichtet seyn die Schulden, so ein solcher Frömbder machen möchte, zu bezahlen, wie auch die Civil- und Criminal-Buessen; der dritte Theil aber solle behalten werden, die hinderlassne Kinder noch ihrem

omnes condemnationes civiles et criminales, et tertia pars reservetur pro remittendis filiis et familia talis forensis ad locum unde prius venerat et habitaverat, antequam veniret in jurisdictionem Bellinzona. Qui forensis teneatur contribuere ad solutionem expensarum, quae in dicta Communitate fient juxta impositionem fiendam a Consilio Bellinzona vel Regentibus loci, in quo ad habitandum admissus fuerit, nec gaudeat nec gaudere possit redditibus, emolumenis et incantibus Communitatis Bellinzona et Comitatus nec frui possit beneficiis et pasturis communibus nisi tantummodo illius loci in quo fuerit admissus ad habitandum, et prout ipsi per dictum commune sive locum fuerit concessum, et possit talis forensis dimitti ad arbitrium praedictae communitatis seu loci in quo erat admissus, si minus bene se gesserit, vel etiam ad libitum, si ita in admissione ipsius forensis sibi reservaverint; ac teneatur talis forensis sustinere omnia onera, fodra et conditia realia, quae per dictam communitatem seu locum, in quo admissus fuerit, imponentur, super omnibus eius bonis, et ulterius etiam teneatur sustinere omnia onera personalia, prout necessitas postulaverit. Et forensis qui venerit ad habitandum in jurisdictione Bellinzona sine superscripta facultate et licentia, puniatur in scutis centum quorum media pars spectet ad praefatos clem<sup>mos</sup> Dominos et alia media pars ad Communitatem et Comitatum Bellinzona; et quod tam oppidum Bellinzona quam quodlibet commune eius districtus, in quo aliquis forensis ad habitandum admissus fuerit, teneatur a dicto forense procurare suprascriptam securitatem, quam si neglexerit, teneatur ad omnia ea ad quae teneretur dicta securitas, si data fuisset. Et ad majorem horum observantiam teneatur Potestas ad instantiam Communitatis seu Comitatus praestare auxilium et brachium, ut ea omnia absque exceptione executioni mandentur. Et in hoc statuto non comprehendantur vicini Trium Cantorum Uraniae, Suitii et Subsilvaniae.

## Cap. 35.

**Quod forensis habitans in Bellinzona vel Comitatu non possit exercere nisi unam artem nec possit offendere aliquem Deputatum.**

Item statutum est, quod nullus forensis habitans in Bellinzona vel Comitatu possit exercere nec exerceri facere quam

Vatterland oder wo er zuvor, ehe er nach Bellentz oder in die Grafschaft gezogen, sässhaft gewesen, zu schiken. Ein solcher frömbder Bysäs solle schuldig seyn beyzusteüwren zu der Bezahlung der Cösten, so in gesagter Communität Bellentz nach Verordnung des Rhats zu Bellentz oder von den Regenten des Orts, da ihme der Einsitz begünstiget worden, aufgelegt werden, noch solle ein solcher einiches von den Einkünften. Nutzbarkeiten und Incanten der Communität Bellentz und der Grafschaft zu geniessen haben, solle auch nit mögen der gemeinen Weydten gebrauchen oder geniessen als allein des Orts, da er zu wohnen angenommen worden und noch deme selbiges Commun old Ort ihme wird bewilligt haben. Es mag auch ein solcher von der Communität old Ort, da er angenommen worden, nach Belieben wider verschikt werden, so er sich nit wie recht ist halten wurde, oder auch nach ihrem Gefallen, so in der Annemmung desselben sye ihnen solches werden vorbehalten. Ein solcher Bysäs ist auch schuldig alle Beschwärdten und Aufläg und Landssteüwren, welche von besagter Communität oder dem Ort, da er angenommen worden, auferlegt werden, von allem seinem Guet zu bezahlen, und über das solle er auch alle personal Beschwärdten tragen, nach dem die Nothurft es erforderen wird. Und ein Frömbder, der ohne die obbeschriebne Erlaubnus zu Bellentz oder in der Grafschaft einsitzen und wohnen thäte, der solle in 100 Cronen gestraft werden, deren halber Theil unseren Gnädigen Herren und der ander halbe Theil der Communität und Grafschaft Bellentz zugehören solle; und solle sowohl die Statt Bellentz als ein jedweders Commun in der Grafschaft, in welchem ein solcher Frömbder angenommen worden, schuldig seyn, besagte Sicherung zu verschaffen, und so solches nit bescheche, solle selbiges schuldig seyn alles das zu bezahlen und zu erstatten, was die Bürgschaft wan sye wäre geben worden, schuldig wäre. Und damit deme allem desto steifer obgehalten werde, so solle der Landvogt auf Anhalten der Communität oder der Grafschaft schuldig seyn ihnen die Hand und Hilf zu reichen, damit alles ohne Ausnahmb vollzogen werde. Und in disem Statut sollen die Landleüth der 3<sup>en</sup> Orten Ury, Schwytz und Unterwalden nit dem Kernwald nit begriffen seyn.

#### Caput 35.

#### **Das ein Bysäs zue Bellentz nur ein Kunst old Handwerk treiben und keine Deputierte beleidigen solle.**

Item es ist gesetzt, das kein Bysäs in der Statt old Grafschaft Bellentz mehr als ein Kunst, Handwerk oder

unam solam artem, traficum vel exercitium, quam vel quod in publico Consilio Bellinzonae elegerit, et si quis contrafecerit, puniatur in scutis centum, quorum media pars spectet ad praefatos clem<sup>mos</sup> Dominos et alia media pars ad Communitatem et Comitatum Bellinzonae. Et si aliquis forensis factis vel verbis offenderet aliquem Deputatum de provisione vel publicum officium habentem in actu quo talis Deputatus sive Officialis suum exerceat officium, puniatur in libris centum tert. applicandis pro medietate ut supra.

Cap. 36.

**Quod bona per forenses empta possint per vicinos Bellinzonae et Comitatus redimi.**

Item statutum est, quod omnia bona immobilia Communitatis seu Comitatus Bellinzonae, quae per aliquem forensem emi contigerit, sive quocumque alio contractu et non per haereditatem in ipsum pervenerint, quod talia bona possint per vicinos Communitatis et Comitatus Bellinzonae infra terminum unius anni a die infrascriptae proclamationis redimi et recuperari pro eodem pretio per forensem pollicito sive soluto, solvendo etiam fictum dicti pretii ad ratam temporis et expensas necessarie factas in restaurandis et laborandis dictis bonis. Et quod talis forensis teneatur notificare dictam emptionem sive acquisitum per publicam proclamationem ad valvas Praetorii Communitatis Bellinzonae et in publica viciantia loci, in cuius territorio talia bona jacent, et qui primus comparuerit ea bona redimere volens, caeteris omnibus praferatur. Et in omnibus forenses intelligentur illi, qui non sunt legitime admissi pro vicinis Burgi vel Comitatus Bellinzonae, uti etiam illae mulieres, quae forensibus fuerint in matrimonio junctae. Non comprehendantur tamen in praesentibus duabus capitulis vicini Trium Cantorum Uraniae, Suitii et Subsilvaniae infra silvam.

Cap. 37.

**Quod nullus forensis incidat lignamina.**

Item statutum est, quod nullus forensis, qui non sustinet onera et conditia Communitatis Bellinzonae, audeat nec pree-

---

In E fehlt cap. 36.

Cap. 37 fehlt in E.

Gwirb treiben old treiben lassen möge, welche er ihme auch in öffentlichem Rhat zu Bellenz erwöllen solle, und so einer darwider handlete, solle er in hundert Cronen gestraft werden, deren halber Theil unsern Gnädigen Herren und der ander halbe Theil der Communitet und Grafschaft Bellenz zugehören solle. Und so ein Bysäs mit Wort old Werken einen Deputierten der Provision oder einen, der ein Landampt besitzet, beleidigen thäte, da selbiger Deputierter oder Beamtete sein Ambt versichert, der solle 100 ff Buess verfallen haben, welche sollen getheilt werden wie obgemeldet worden.

#### Caput 36.

#### **Das die Güeter, so von Frömbden old Bysässen gekauft worden, von den Landleüthen der Statt und Grafschaft mögen gezogen werden.**

Item es ist gesetzt, das alle ligende Güeter der Statt old Grafschaft Bellenz, so von einem Frömbden old Bysässen gekauft wurden oder durch einichen anderen Contract (vorbehalten durch Erbfahl) ihme zufallen wurden, von den Landleüthen der Statt und Grafschaft Bellenz innert Jahrsfrist von dem Tag des nachbeschribnen Ruofs mögen gelöset und in dem Preys und Werth, welches der Frömbde old Bysäs darumb versprochen oder bezalt hette, sollen mögen gezogen werden; doch solle zugleich dem Bysäs old Frömbden auch der Zins nach Marchzahl der Zeit von dem Kaufschilling sambt den Costen, so nothwendiger Weys in Erbauung und Ereüffnung desselben Guets drüber gangen, erstattet werden; und ein solcher Bysäs und Frömbder ist schuldig, ein solchen Kauf oder Contract oder Anfahl durch einen öffentlichen Ruof bey der Porten des Gricht- old Rhathauses zu Bellenz kuntbar zu machen, wie auch in der öffentlichen Nachbarschaft des Orts, da das Guet ligt, und welcher der erste ist, der sich zu solchem Zug erklärt, der solle allen anderen vorzogen werden. Und in allem sollen für Frömbde old Bysässen gehalten werden diejenige, so nit rechtmässig angenommene Landleüth der Statt und Grafschaft Bellenz seyndt, wie auch alle diejenige Weibspersohnen, so sich mit Frömbden old Bysässen verheürathet. In disen zwey Capitlen aber sollen die Landleüth der 3 lobl. Orten Ury, Schwytz und Underwalden nit dem Kernwald nit vergriffen seyn.

#### Caput 37.

#### **Das kein Frömbder Holtz hauwen solle.**

Item es ist gesetzt, das kein Frömbder, welcher die Be schwärden und Aufläg des Communs Bellenz nit tragt, solle

sumat facere incidi nec incidere aliqua lignamina cuiuscunque generis super territorio dicti Burgi et Comitatus, nec extrahere nec extrahi vel conduci facere sub poena amissionis dictorum lignaminum ac scutorum viginti quinque, quorum media pars spectet ad praefatos clem<sup>mos</sup> Dominos et altera pars ad Communitatem et Comitatum Bellinzona. Et quod illi forenses, qui ad habitandum admissi fuerint et sustinent onera, conditia et taleas Communitatis Bellinzona et Comitatus, possint praedicta facere pro suo usu tantum.

Cap. 38.

**De satisdatione praestanda per illum qui protestatus fuerit se possidere.**

Item statutum est, quod si aliqua persona, undecunque sit, in judicio protestata sit se possidere vel defendere aliquam domum, terram vel decimas sive jus aliquod, quod petatur per aliquem de jurisdictione Bellinzona, quod talis persona teneatur et debeat facere bonam et idoneam fidejussionem cum fidejussoribus de jurisdictione Bellinzona sub pacto capiendi, quae securitas debeat esse de stando juri, de non bartando nec alienando rem petitam et de restituendo eam, si inde convictus vel condemnatus fuerit. Salvo quod si talis persona jurare voluerit ad |S<sup>mam</sup> Trinitatem|<sup>1)</sup> se fidejussorem dare non posse, vel si protestata fuerit, se velle et paratam esse, quod in ipsa causa procedatur et summarie cognoscatur, tunc aliquo dictorum casuum dicta satisdatio non praestetur, sed solummodo se et sua bona obligare ad praedicta teneatur sub pacto capiendi; quam satisdationem sive obligationem talis persona facere teneatur infra tertiam diem ex qua protestationem supradictam fecerit.

Cap. 39.

**De satisdatione praestanda per debitorem fugitivum.**

Item statutum est, quod si quis debitor fuerit alicuius de Bellinzona vel comitatu, et talis debitor fuerit fugitivus aut suspectus et immobilia non possidens in Bellinzona et Comitatu, quod Potestas teneatur ipsum debitorem ad in-

---

E cap. 29 (= cap. 38): <sup>1)</sup> |Sancta Dei Euangelia corporaliter|

E cap. 30 (= cap. 39).

et talis sit causa, in qua possit summarie et sine libello procedi, quod tunc nulli partium concedatur habere notarium, sed Potestas per se ipsos testes audiat vel ipse tabellionem ad ipsos recipiendos eligat. Item ubi Potestas ex officio suo testes recipit, et non ab aliqua parte productos, teneatur Potestas dicta eorum testium scribi facere per tabellionem |Communitatis|<sup>3)</sup> Bellinzonae, pro quibus expensis nihil habeat, salvo quam pro exemplatura, et attestations testium exemplari debeant per tabellionem qui ipsas scripserit, vel si justo impedimento detentus non poterit, tunc exemplentur per alium notarium arbitrio Potestatis eligendum, |nec|<sup>4)</sup> possit dari unus suspectus pro qualibet parte ad recipiendum dicta testium, et non possit aliquis recipere dicta aliquorum testium in aliqua causa in qua sit sive fuerit procurator.

### Cap. 57.

#### **Quod qui recipit nominationem, non possit alium nominare.**

Item statutum est, quod si quis nominationem in judicio de aliqua re receperit et protestatus fuerit se tenere et possidere dictam rem, ulterius non possit alium pro domino sive dominum dictae rei nominare in judicio, sed teneatur stare in causa usque ad sententiam, et rem de qua agitur, si succubuerit, petenti restituere, et non recipiatur |nominatio|<sup>1)</sup> in judicio, nisi prius dixerit se tenere rem vel res petitas, et se de illis velle stare in causa.

---

<sup>3)</sup> |comunis| <sup>4)</sup> |et|

E cap. 47 = cap. 57. <sup>1)</sup> |nominatus|

schuldig seyn zu corrigieren und rechtfertigen, darumb er auch solle bezahlt werden, jedoch nit höher als 20 sold von jedweder Parth zu empfangen haben.

Die Aufnemmung und Verhörung einicher Zeügen solle auch nit mögen aufgezogen werden aus Ursachen, das etwan der Notari dessen, wider welchen solche ufgenommen werden, abwesend wäre. Im Fahl aber der Landvogt klar sechen thäte, das in einer Klag old Handel die Proben durch Kuntschaften gleich und ohne Verweilung möchten vorbracht und verhört werden, auch es ein Handel oder Klag wäre, darin summarisch und ohne Gebung des Libells möchte verfahren und procediert werden, da solle keinem Theil einen Notari zu haben bewilligt werden, sondern es solle der Landvogt die Zeügen durch sich selbst verhören oder er mag ein Notari nach seinem Willen ernambsen solche zu verhören und zu verfassen. Und wan der Landvogt von Ambtswegen Kuntschaft ufnemmen lassen wolte, und die Zeügen nit von den Parthen producirt wurden, soll er sich darzu des Notars des Communs Bellentz bedienen, welcher von der Verschreibung der Kuntschaftsagen nichts haben solle, wohl aber von der Abschrift, welche allein durch selbigen beschechen solle, er wäre dan rechtmässig verhinderet, da solle der Landvogt einen anderen bestellen, der selbige abschreiben solle, und es mag kein verdächtiger von beiden Theilen die Kuntschaften aufzunemmen bestellt werden, und keiner mag solche aufnemmen, so er in derselben Sach Vorsprech old Anwalt gewesen.

#### Caput 57.

##### **Welcher sich einer Sach bekanntlich gemacht, solle kein anderen darstellen mögen.**

Item es ist gesetzt, so einer vor Gricht sich einer Sach bekanntlich gemacht und protestiert hette, das er solche Sach einhabe und besitze, da solle er drüber hin nit mögen ein anderen für den Besitzer old Herren besagter Sach im Rechten nambsen oder darstellen, sondern solle in dem Handel und Recht zu stehn schuldig seyn, bis darumb die Urthel ergangen seyn wird, und so er die Sach verluhre, solle er schuldig seyn dem Kläger oder dem sye zugesprochen worden, selbige zu restituieren und übergeben; in Gricht aber solle keiner disfahls für bekanntlich geachtet werden, er habe dan zuvor sich erklärt, das er die Sach old Sachen, so angesprochen wurden, habe und besitze und das er darumb im Rechten gestehn wolle.

## Cap. 58.

**Quod si quis extraneus nominationem receperit, fidem faciat de juribus suis.**

Item statutum est, si quis, qui non sit de jurisdictione Bellinzona, in judicio de aliqua re faciat nominationem sive ultiro offerat se defensioni alicuius rei sitae in Bellinzona vel Comitatu et dicat vel protestetur se possidere rem illam, quod non audiatur nec admittatur, nisi prius fidem fecerit de iuribus suis coram Potestate Bellinzona per instrumenta per biennium facta et in possessione dictae rei steterit per ipsum biennium, jurando per se et non per submissam personam coram Potestate praedicta instrumenta dicta occasione vera et non fictitia nec simulata esse, et quod in fraudem alicuius dictam nominationem non recepit nec se obtulit defensioni dictae rei nec ipsam protestationem fecit; sed si praedicta non fecerit, actor in possessionem dictae rei mittatur et manuteneatur, ipsius contradictione non obstante.

## Cap. 59.

**De sacramento dando vel referendo.**

Item statutum est, quod in qualibet causa tam ante item contestatam quam post et etiam ante dationem libelli, dum tamen in scriptis coram Potestate appareat res vel quantitas quae petitur vel de qua est quaestio, si aliqua partium voluerit alteri parti sacramentum deferre, teneatur pars illa quae sacramentum deferre voluerit, formam sacramenti in scriptis alteri parti dare, et possit infrascriptam formam sacramenti debitor creditori suo dare, videlicet si instrumenta obligationum vel condemnationum fuerunt et sunt verae et justae sortis vel non. Item si creditor vel alius eius nomine ipsi debitori vel alii eius nomine pecuniam in instrumentis obligationum vel condemnationum contentam numeraverit. Item si creditor aliquid habuit vel recepit de eo quod in instrumento continetur. Item quid et quantum ipse creditor vere et juste habere debet. Et pars illa, cui delatum fuit sacramentum, teneatur post formam sacramenti sibi datam infra tertiam

---

E cap. 48 = cap. 58.

E cap. 49 = cap. 59. <sup>1)</sup> |vel sacramentum non retulerit vt supra|

## Caput 58.

**So ein Frömbder sich als Besitzer oder Verfechter einer Sach bekennete, solle er sein Recht darzue aufzuweisen und dessen Glaubsamme zue geben schuldig seyn.**

Item es ist gesetzt, so einer, der nit aus dem Bellentzer Gepieth ist, vor Gricht sich als Besitzer einer Sach bekennete oder freywillig sich anerbiethen thäte, eine Sach, so zu Bellentz oder in der Grafschaft liget, zu verfechten und zu beschützen, und sagte old protestierte, das er selbige Sach besitze, da solle er nit verhört noch ihme glaubt werden, er hette dan zuvor vor dem Landvogt durch 2-jährige Instrumenta old Geschriften seine Rechtsamme darzu bescheinet und das er zwey Jahr hindurch selbige Sach besessen; da solle er auch durch sich selbst und nit durch ein bestellten Anwalt vor dem Landvogt einen Eydt schwören, das die aufgelegte Instrumenta wahrhaft und nit faldtsch oder verfältscht seyn und das er durch dise seine Bekantnusverfechtung und Protestation niemand betreigen werde. Und wan er solches wie ob nit thuen wolte, solle der Ansprächer oder Kläger in die Besitzung besagter Sach gesetzt und in selbiger beschützt werden, ohngeachtet was darwider eingewendet wurde.

## Caput 59.

**Wie man ein Sach einem anderen an Eydt setzen solle, und wan solcher Eydt solle geschworen werden.**

Item es ist gesetzt, das in allen Klagen old Händlen sowohl vor als nach dem die Sachen old Klag contestiert old zu Recht gesetzt worden, auch ehe das Libell oder die Klag in Geschrift eingeben worden, wan die Sach oder das so der Kläger anfordert, dem Landvogt wird schriftlich vorgewisen werden, und eintwedere Parth es der anderen an Eydt setzet, da solle die Parth, welche es der anderen an Eydt setzen will, derselben die Eydtformb in Geschrift übergeben, und mag der Schuldner seinem Schuldgläubigen nachbeschriebne Eydtformb übergeben, namblichen: ob die Instrumenta old Schuldbekantnussen wahrhaft und gerecht seyn in der Summa der Ansprach, so sye einhalten, oder nit? ob er, der Schuldgläubiger, oder ein anderer in seinem Namen ihme dem Schuldner oder einem anderen in seinem Namen das in dem Instrument der Obligation oder Schuldbekantnus verschriebne Gelt gezalt und übergeben habe? oder ob der Schuldgläubiger hingegen nichts an die Bezahlung dessen, so in besagten Instrumenten begriffen, empfangen habe? Item was und wie vil der Schuldgläubiger wahrhaftig und recht-

diem jurare aut sacramentum parti adversae referre, et similiter pars illa, cui relatum fuerit sacramentum, teneatur infra tertiam diem a die relationis jurare, nec possit ulterius referre. Et si quidem reus infra tertiam diem a die relationis vel delationis non juraverit, habeatur pro convicto et confessio de eo quod ab ipso peteretur, nec ulterius audiatur. Si vero actor fuerit ille, cui delatum fuerit vel relatum sacramentum, et similiter infra tertiam diem non juraverit |aut causam non probaverit,<sup>1)</sup> tunc reus ab omnibus per actorem petitis absolvatur. Si vero actor vel reus infra terminum delationis vel relationis sacramenti juraverit, teneatur Potestas secundum quod juratum fuerit absolvere vel condemnare, et possit Potestas suprascriptos terminos trium dierum prorogare.

## Cap. 60.

**Quod Potestas teneatur |tribus diebus juridicis<sup>1)</sup> ascendere in bancum.**

Item statutum est, quod |Potestas<sup>2)</sup> Bellinzonae teneatur et debeat |ascendere bancum juris solum tribus diebus in qualibet hebdomada videlicet diebus Lunae, Mercurii et Sabati ad bancum solitum in Praetorio.<sup>3)</sup>

---

E cap. 50: *Quod Potestas non det consilium alicui in aliqua causa.*

Item statutum est, quod Potestas vel Rector Bellinzone non possit nec debeat consilium dare alicui parti in aliqua causa vel questione, que coram se verteretur, toto tempore regiminis sui, et hoc sub pena librarum vigintiquinque tert. pro quolibet consilio, cuius pene medietas sit accusatoris.

E cap. 51 = cap. 60. <sup>1)</sup>|omni die iuridica| <sup>2)</sup>|Potestas vel Rector| <sup>3)</sup>|omni die iuridica ascendere in bancho ad copertum communis pro iure reddendo semel in die post nonam, et antequam

mässig annoch zu fordern habe? Und diejenige Parthy, deren es an Eydt gesetzt worden, solle schuldig seyn innert dryen Tagen nach übergebner Eydtformb den Eydt darüber zu erstatten, und so selbige es der Widerparth an Eydt setzte, solle in glichem solches auch innert bemelter Zeit beschechen, und fürohin nit mehr gestattet werden; und wan dan der Beklagte innert solchem Termin den Eydt nit erstattete, solle er für überwunden gehalten und als wan er dasjenige, so an ihn geforderet worden, bekent hette, geachtet werden, und darüber hin nit mehr verhört werden. Wan aber dem Kläger der Eydt wäre zugemuethet worden und innert besagtem Termin er solchen nit erstattet oder anderwerts sein Klag nit probiert hette, solle der Beklagte von allem dem, so der Kläger an ihne geforderet, ledig gesprochen werden. Wan aber der Kläger oder der Beklagte innert dem besagten Termin den Eydt erstattet hetten, solle alsdan der Landvogt schuldig seyn, selbigen nach Ausweisung dessen, so sye geschworen, die Sach zu- oder abzusprechen, und wird auch dem Landvogt überlassen, obbedeütes Termin der dryen Tagen zu verlängeren.

#### Caput 60.

#### **Das der Landvogt schuldig sein solle drei Tag in der Wuchen zue Gricht zue sitzen.**

Item es ist gesetzt, das der Landvogt zu Bellentz schuldig seyn solle in der Wuchen drey Tag in dem gewöhnlichen Gricht- old Rhathaus zu Gricht zu sitzen, namblichen am Montag, Mittwoch und Sambstag.

---

descendat a bancho non possit alicui dari bannum nec contumacia accusari nec parabula concedi, sed ipso descendente detur bannum, contumacia accusetur et parabula concedatur et scribantur, et quod Potestas possit ex causa legiptima jus reddere in domo sue habitationis quemadmodum ad copertum comunis, et quod ex iusta causa possit ipse Potestas eius locumtenentem in omnibus constituere parabula Consilii dicti communis.|

## Cap. 61.

**De quaestionibus per Dominum Potestatem cognoscendis et terminandis.**

Item statutum est, quod Potestas Bellinzonae teneatur omnes causas coram se vertentes judicare a libris viginti quinque usque ad quantitatem scutorum quinquaginta et ab inde infra, a scutis autem quinquaginta supra sit in potestate sua aut terminare aut remittere clem<sup>mis</sup> Dominis prout sibi placuerit, si causae civiles fuerint; et si aliquis quidquam agat contra aliquam personam ignominiose contra honorem, pariter judicetur a Commissario aut remittatur praefatis clem<sup>mis</sup> Dominis nostris seu eorum DD. Oratoribus, ad quos proinde etiam appellare poterunt secundum formam statuti infrascripti, ubi agitur de appellationibus.

*E cap. 52. De questionibus per Dominum Potestatem cognoscendis et terminandis.*

Item statutum est, quod Potestas Bellinzone teneatur et debit omnes questiones tam interlocutorias quam diffinituas coram se vertentes ascendentibus usque ad quantitatem librarum viginti quinque tert. per se cognoscere, diffinire et terminare, et habeat pro suo salario et labore solidos quindecim tert. pro qualibet parte, dum tamen questio sit a libris decem tert. supra, nec possit aliquam questionem usque ad libras viginti quinque tert. extra Bellinzonam committere, nisi fuerit de voluntate partium; alias autem questiones ascendentibus a libris viginti quinque tert. supra possit Potestas per se diffinire, si partes fuerint in concordia, et habeat pro suo labore a libris viginti quinque tert. usque ad libras quinquaginta tert. solidos triginta tert. pro qualibet parte, a libris autem quinquaginta supra, quantcumque quantitatis questio existat, habeat solidos sexaginta tert. pro qualibet parte; si autem partes in concordia non fuerint et in ipsum non consenserint, teneatur Potestas ipsas questiones prout de partium voluntate processerit committere, a libris autem decem infra habeat solidos quinque tert. pro parte.

*E cap. 53. Quod Potestas teneatur dare consilium parti petentis.*

Item statutum est, quod si in aliqua causa per aliquam partium petitum fuerit aliquod consilium super aliquo articulo vel interlocutoria, Potestas teneatur illud committere, super quo petitum fuerit consilium, vni iurisperito expensis partis perditis, salvo quod si Potestas viderit aliquam partium consilium petere caluniose, tunc illud committat expensis partis petentis tantum, et si

## Caput 61.

**Von Rechtshändlen, die der Landvogt erkennen und entscheiden solle.**

Item es ist gesetzt, das der Landvogt alle Rechtshändel, die für ihne kommen, von 25 ₣ bis auf 50 Cronen und darunter schuldig ist zu urtheilen und entscheiden, was aber Händel seind von 50 Cronen und höher, da mag er umb solche auch urtheilen und sye entscheiden, oder aber selbige für unsere Gnädigen Herren weisen, nachdeme ers guet finden wird. In gleichem mag er auch in allen Händlen old Sachen, da es Ehr betreffen thuet, urtheilen und erkennen oder aber für unsere Gnädigen Herren weisen oder die Ehren Gesandten, für welche sye auch nachgehendts mögen appelliert werden nach Form und Inhalt des nachkommenden Statuts von den Appellationen.

petitum fuerit consilium et Potestas illud denegauerit, vltius in causa procedi non possit, donec datum fuerit consilium, et si processum fuerit, non valeat, et si partes non concordauerint super articulo scribendo super quo haberi deberet consilium, Potestas illum articulum sibi (scribi?) faciat prout sibi melius de iure videbitur.

*E cap. 54. De questionibus per Potestatem Bellinzone committendis.*

Item statutum est, quod si aliqua questio siue super interlocutoria siue diffinitiva per dominum Potestatem alicui iurisperito fuerit committenda, si partes non fuerint in concordia de consultore vel commissario eligendo, Potestas cogat ambas partes ad dandum sibi in scriptis tot iurisperitos pro qualibet parte in ciuitatibus Mediolani, Cumarum et Papie et in toto lacu maiori et non alibi, quod de vno sint dicte partes concordes, et non possit per aliquam partium dici vel haberi suspectum totum collegium iudicium ciuitatum Mediolani et Papie, et cum de vno partes fuerint concordes, faciat Potestas commissionem in actis scribi et ea vel sequenti die cogat partes ad deponendum salarium consultoris penes notarium cause ipsius arbitrio taxandum; eo facto statuat Potestas vtrique parti terminum octo dierum ad comparendum coram commissario vel consultore cum eorum iuribus et allegationibus, et consultor siue commissarius teneatur infra decem dies post dictos octo dies consilium suum in scriptis mittere, et secundum quod in ipso consilio continebitur, teneatur Potestas in omnibus et per omnia pronuntiare.

## Cap. 62.

**Quod victus victori condemnetur in expensis.**

Item statutum est, quod in qualibet causa victus victori condemnetur in expensis, sive sententia fuerit interlocutoria sive definitiva, salvo quod si reo, a quo aliquid petitum fuerit, data fuerit retentio, tunc neutra pars intelligatur succubuisse. Possit tamen Potestas sive judex ab expensis utramque partem absolvere, si sibi videbitur partem utramque habuisse justam causam litigandi, dum tamen hoc in sententia expresse dicatur. Et victus in expensis condemnatus contra [victorem]<sup>1)</sup> non audiatur, nisi prius solvat victori expensas, in quibus fuerit condemnatus. Salvo quod si victus infra statutum tempus appellare aut sententiam nullam dicere voluerit, quod possit et debeat audiri in ipsa causa appellationis vel nullitatis; ipso tamen prius deponente omnes expensas, in quibus fuerit condemnatus, et aliter non audiatur.

## Cap. 63.

**Infra quantum tempus appellatio interponi debeat.**

Item statutum est, quod in omnibus causis civilibus detur appellatio, et quod prima appellatio fiat ad DD. Oratores clem<sup>morum</sup> Dominorum nostrorum infra decem dies a die prolatae sententiae, secunda vero appellatio fiat ad praefatos clem<sup>mos</sup> Dominos, et terminari debeat infra annum, nisi prolongatio a dictis clementissimis Dominis nostris concessa fuerit. Et dictae appellationes fieri possunt coram Domino Commissario Bellinzona, sed teneatur appellans dare fide-

E cap. 55 = cap. 62. <sup>1)</sup>[victorem et sententiam]

E cap. 56. *Infra quantum tempus appellatio interponi et prosequi debeat.*

Item statutum est, quod a qualibet sententia, ex qua non ingeneratur pena sanguinis et a qua liceat appellare, possit persona condemnata siue contra quam pronuntiatum est, dicere se agrauatam et ab ipsa sententia appellare infra decem dies a die late sententie numerandos, et ipsa appellatio debeat prosequi et finiri infra sex menses a die interposite appellationis computandos, aliter vero prima sententia, a qua fuerit appellatum, in suo robore firma permaneat, ac si numquam ab ipsa fuisset appellatum, et appellatio pro deserta habeatur, et non possit in eadem causa nisi semel per utramque partium appellari.

E cap. 57. *Infra quantum tempus debeat sententia nulla dici.*

Item statutum est, quod si aliquis aliquam sententiam dicere voluerit ipso iure nullam esse, teneatur et debeat hoc dicere infra

## Caput 62.

**Der Verlurstige soll dem gewünnenden Theil die Cösten abtragen.**

Item es ist gesetzt, das in allen Klagen old Händlen der verlurstige dem obsiegend gewünnenden Theil den Costen abtragen solle, es seye in Beyurtlen oder Endurtlen, vorbehalten da dem Beklagten, an welchen etwas geforderet worden, dessen Behaltung und Retention geben worden, da solle es geachtet werden als wan kein Theil verlurstig worden. Es mag auch der Richter beide Theil von dem Costen ledig sprechen, da es ohne bedunken wurde, das beide Theil rechtmässige Ursach gehabt haben zu rechten; ein solches aber solle in der Urthel austrakenlich eingefüert werden. Und wan also der Verlurstige verfellt worden, dem Obsiegenden die Cösten zu bezahlen schuldig sein, solle selbiger nit mehr angehört werden, er habe dan zuvor die Cösten, umb welche er verfellt worden, ausbezahlt. Ausgenommen so der Verlurstige innert der bestimbten Zeit von der ergangnen Urthel appellieren wolte, da solle sein Appellation angehört werden, doch solle er die Cösten, umb die er verfellt worden, in die 3<sup>te</sup> Hand hinderleggen, andersten er nit solle mögen angehört werden.

## Caput 63.

**Innert wie vil Zeit man appellieren möge.**

Item es ist gesetzt, das in allen Civilsachen die Appellationen sollen gestattet werden, und die erste Appellation solle beschechen für die Herren Gesandten unserer Gnädigen Herren innert 10 Tagen nach ausgefeltem Urthel old Erkantnus; die andere Appellation mag für unsere Gnädigen Herren der lobl. 3<sup>en</sup> Orten beschechen, welche aber innert Jahrsfrist solle vollzogen werden, wan von selbigen unseren Gnädigen Herren nit eine Verlängerung begünstiget wurde. Und besagte appellationes mögen vor dem Landvogt beschechen. Es sollen aber diejenige, so appellieren, schuldig seyn umb alles das, so an sye geforderet oder wider sye geklagt worden, gnuegsame Bürgschaft zu geben mitsambt den

---

mensem vnum a die sententie late computandum, et infra sex menses a die, qua sententiam nullam dixerit, numerandos probasse de nullitate dicte sententie et omnia produxisse, ex quibus dictam sententiam nullam dicere voluerit, et infra dictum terminum tenetur Potestas dictam causam nullitatis terminasse, alioquin prima sententia firma remaneat et executioni mandetur nulla exceptione obstante.

jussionem pro toto eo quod expetitur una cum expensis, et insuper octo pro centum, si causam appellationis amiserit. Et tunc solum appellatio interponi possit, quando differentia ascenderit summam scutorum trium aut quattuor.

Cap. 64.

**De expensis taxandis.**

Item statutum est, quod si quis in aliqua causa succubuerit et propterea condemnatus fuerit in expensis, Potestas Bellinzonae teneatur ad instantiam petentis committere uni notario vel duobus partibus non suspectis taxationem dictarum expensarum omni exceptione remota. Quibus expensis taxatis ille qui in ipsis fuerit condemnatus possit personaliter capi et in carceribus includi usque ad integrum solutionem dictarum expensarum sic taxatarum; et quod a taxatione expensarum non possit se dicere aggravatum nec ullo modo appellare, et quod procuratori causae [possit]<sup>1)</sup> taxari pro qualibet comparitione [juxta taxam, quae in fine huius libri videri poterit].<sup>2)</sup>

Cap. 65.

**De sententiis in rem judicatam transactis observandis.**

Item statutum est, quod omnes sententiae ab aliquo Commissario factae et fiendae in suo pleno vigore subsistere debeant, et subsequentes Commissarii, DD. Oratores vel alii Officiales non possint nec debeant eas mutare vel levare, sed eas teneantur observare et executioni mittere, reservatis tamen illis, de quibus legitime fuerit appellatum. Et si appellatio alicuius sententiae non interponi contigerit juxta dispositionem statutorum vel interposita debito tempore et modo a statutis praescripto non prosequatur, non amplius audiatur, sed dicta sententia Commissarii inviolabiliter observetur ac exequatur. Et Commissarius et eius officiales teneantur compellere partes praecepsis poenalibus ad dictas sententias exequendum, sicuti et omnes alias sententias in rem judicatam transactas vel a Suprema Superioritate declaratas, sine aliqua mercede vel deposito, nisi ipsi sponte in signum gratitudinis aliquid offeratur. Idem sit in sententiis per DD. Oratores proferendis.

E cap. 58 = cap. 64. 1) [possit] 2) [facta per ipsum ad banchum solidi quatuor tert. et non ultra]

Cap. 65 fehlt in E.

Costen, und über das noch umb 8 von jedem hundert, so sye die Sach, darumb sye appelliert haben, wurden verlohren haben. Es solle aber umb Sachen, so nit über 3 old 4 Cronen steigen, nit mögen appelliert werden.

#### Caput 64.

##### **Wie man die Costen taxieren solle.**

Item es ist gesetzt, so einer ein Sach old Handel verlohren und deswegen in die Costen verfellt worden, da solle der Landvogt zu Bellentz auf Anhalten der Parth einen oder zwen Notaren, die den Parthen nit verdächtig, übergeben besagte Costen zu taxieren ohne einiche Vorbehalt, und nachdeme solche taxiert worden, so mag derjenige, so selbige zu bezahlen verfellt worden, persönlich gefangen und mit Gefangenschaft angehalten werden, bis die Costen gäntzlich und wie sye taxiert worden bezahlt seyndt, und mag sich keiner ab dem gemachten Tax der Costen beschwären noch beklagen. Was dan dem Procuratoren oder Fürsprech für sein Lohn gehört, wird zu End der Statuten der Tax zu finden seyn.

#### Caput 65.

##### **Das die gegebne Urthlen, so nit appelliert worden, nit mögen gestürtzt werden.**

Item es ist gesetzt, das alle von einem Landvogt gegebne Urthlen in ihren völligen Kräften pleiben sollen, und das kein nachvolgender Landvogt, Gesandten old andere Amptslüth dieselbe Urthlen dannen thuen old stürtzen mögen, sondern schuldig seyn solche obzuhalten und zu vollziehen, vorbehalten diejenigen, von welchen rechtmässig appelliert worden; und wan die Appellation nit bescheche noch Formb und Ausweisung der Statuta oder innert der von den Statuta bestimbten Zeit und Formb nit prosequiert und vollzogen wurde, so solle solche nit mehr angehört, sonder des Landvogts Urthel beobachtet und vollzogen werden. Es solle auch der Landvogt und seine Beamtete schuldig seyn mit Buossen und Botten die Parthen dahin zu halten, das sye besagten Urthlen statt thuen und selbige vollziehen sollen gleich wie alle andere Urthlen, so nit geappelliert worden, oder von unseren Gnädigen Herren ausgesprochen worden, und das ohne einichen Lohn oder Executionsgelt, es were dan Sach, das ihnen freywillig deswegen etwas zum Zeichen einer Dankbarkeit verehrt wurde. Ein gleiches solle auch gehalten und beobachtet werden in allen Urthlen, so von den Herren Gesandten geben werden.

## Cap. 66.

**De ordine excussionis.**

Item statutum est, cum excussio frequens et necessaria sit, ut creditores adversus fidejussores seu alios intercessores aut bonorum debitorum suorum extraneos possessores agere possint et facilius sibi debita consequi et recuperare, quod creditor volens bona sui debitoris vel fidejussoris excutere, sive haeres eius vel alius habens causam ab eo, faciat publice proclamari in contrata [sive platea]<sup>1)</sup> in qua habitare solebat debitor vel fidejussor, cuius bona vult excutere, et etiam ad [Praetorium Communitatis]<sup>2)</sup> hora juridica, quod si esset aliqua persona quae velit esse haeres aut defendere bona talis debitoris vel fidejussoris, coram suprascripto Domino Potestate legitime debeat comparere infra decem dies et in actis scribi facere, si vult esse haeres debitoris vel fidejussoris, in cuius bonis fieret excussio, et pro qua parte vult esse haeres, aut si vult ipsius bona defendere. Si autem in dicto termino nemo comparuerit, fiat alia similis proclamatio in locis suprascriptis, quod infra quinque dies volens esse haeres debitoris vel fidejussoris aut ipsius bona defendere ut supra, compareat; quibus terminis elapsis si nemo comparuerit, teneatur Potestas pronuntiare bona debitoris vel alterius obligati esse legitime excussa, et creditorem sive habentem causam ab ipso habere regressum contra fidejussores vel alios intercessores vel bonorum sive pignorum debitoris sui extraneos possessores, et per hoc sint et esse intelligantur bona legitime excussa, non obstante aliqua solemnitate legali.

**Et sit ordo in excussione, ut primo fiat in bonis debitoris, secundo in bonis fidejussoris vel alterius intercessoris, tertio perveniat ad bonorum sive pignorum debitoris sui extraneos possessores.<sup>3)</sup>**

**Quod si contingat fieri debere excussionem de bonis aliquius viventis, legitime contra eum procedatur secundum or-**

---

E cap. 59 = cap. 66. <sup>1)</sup>||fehlt <sup>2)</sup>|copertum communis| <sup>3)</sup>Hier endet E cap. 59.

## Caput 66.

## Von Auffählen.

Item es ist gesetzt, dieweylen die Uffähl oft und nothwendig gehalten werden müessen, damit die Schuldgläubigere wider die, so für ein Schuldner dargestanden old Bürg worden, oder wider derselben ihrer Güeteren frembde Besitzer verfahren mögen, und desto leichter umb ihre Schulden habhaft und bezahlt werden, als solle der Schuldgläubiger, dessen Erb oder der von selbigen ihr Recht bekommen hat, so sye ihres Schuldners old Bürgen Güeter wollen in Uffahl kommen und excutieren lassen, zuvor ein öffnlichen Ruof thuen lassen, so in der Gassen, da der Schuldner old Bürg, deme er den Uffahl will halten lassen, wohnet, wie auch vor dem Gricht- old Rhathaus des Communs Bellentz zur Rechtsold Grichtsstund beschechen solle, des Einhalts das so jemandts wäre, der eines solchen Schuldners old Bürgens Erb sein wolte old dessen Güeter beschützen, das selbiger innert 10 Tagen vor dem Herren Landvogt im Rechten erscheinen und sich angeben solle, und ob er als ein Erb des Schuldners old Bürgen, dem der Auffahl gehalten werden solle, sich in gemeine Acta einschreiben lassen old umb wie vil er wolle Erb seyn oder ob er wolle dessen Güeter beschützen? So aber in dem gesetzten Zihl und Termin niemand erschine, da solle an besagten Orten ein gleicher Ruef widerumb gethan werden, das Zihl aber uf 5 Tag gesetzt werden. So dan innert besagten Terminen niemand were erschinen, da sollen durch den Landvogt die Güeter des Schuldners oder eines anderwertig Verbundenen und Verobligierten für rechtmässig aufgefallen und excutiert zu seyn erkent werden, und das der Schuldgläubiger oder der dessen Rechtsambe bekommen hat, sein Recht und Regress wider die Bürgen und die, so für den Schuldner dargestanden, oder wider die frembde Besitzer der Güeteren oder Underpfand seines Schuldners haben solle, und also sollen die Güeter für aufgefallen erkent werden ohngeachtet einicher legalischer Solennitet.

Die Ordnung aber in den Auffählen solle seyn, das selbiger zuerst in den Güeteren des Schuldners, nachgehendts in den Güeteren des Bürgens oder dessen der dargestanden ist, und letztlichen solle zu des Schuldners Güeteren old Underpfanden geschritten werden, die von frembden Besitzeren besessen werden.

Und so es sich begebe, das einem Lebenden der Auffahl seiner Güeteren gehalten wurde, da solle man wider selbigen rechtmässigen und nach Verordnung der Rechten und diser

dinem juris et statutorum Communitatis Bellinzonae, usque quod consequatur actor parabolam apprehendendi et robandi vel possessionem intrandi in et de bonis supradicti, quo facto et relatione facta per servitorem Communitatis Bellinzonae una cum famulo Domini Commissarii, se nihil invenisse de bonis illius, de cuius bonis fit excussio, tunc per Dominum Commissarium pronuntietur esse factam excussionem legitime et posse ad alia procedi secundum formam juris. Salvo quod si per extraneum possessorem ostendatur agenti aliquid de bonis principalis debitoris liquidum, quod a nemine extraneo possessore teneatur, tum dictus actor seu creditor teneatur illud prius juridice consequi, si poterit, denum perveniat ad extraneum possessorem juridice procedendo.

## Cap. 67.

**Quod debitor teneatur fidejussorem indemnem conservare.**

Item statutum est, quod si quis [fidejussor]<sup>1)</sup> vel principalis debitor pro alio extiterit pro pecunia vel alia re credita, vel per publicum instrumentum aut per testes idoneos id probare potuerit, si quidem dictus fidejussor vel intercessor aut principalis debitor pro alio solverit, aut per sententiam vel praecipsum condemnatus fuerit ad solvendum id, in quo pro alio est obligatus, aut in obligatione pro alio per spatium unius anni steterit, teneatur Potestas ad instantiam dicti pro alio obligati aut ipsius haeredum illum aut eius haeredes, pro quo obligatus est, requiri facere et ipsi aut ipsis praecipere, quod infra dies triginta debitum solvat in pecunia numerata, aut ipsum exoneret et indemnem conservet ab obligatione, in qua pro ipso est fidejussor, intercessor aut [principalis,<sup>2)</sup>] et si infra dictum terminum non solverit aut exoneraverit vel indemnem non conservaverit ut supra, aut comparere [non voluerit,<sup>3)</sup>] postquam tale praecipsum ad domum habitationis ipsius missum fuerit, teneatur Potestas ipsum debitorem aut ipsius haereditem personaliter capere et detinere et ipsius bona et res robari, saxiri et contestari facere, donec solverit aut exoneraverit ut supra, et possit et debeat in hoc procedi summarie sine datione libelli diebus [feriatis,<sup>4)</sup>] dummodo non sint in honorem Dei, aliquo jure in contrarium non obstante.

---

E cap. 60 = cap. 67. <sup>1)</sup>[fideiussor, intercessor] <sup>2)</sup>[principalis debitor] <sup>3)</sup>[noluerit] <sup>4)</sup>[feriatis et non feriatis]

Statuten verfahren, bis und das der Kläger die Erlaubnus erlangt hat, die Güeter seines Schuldners anzugreifen, zu pfänden und deren Besitzung an sich zu ziechen. Nachdeme solches beschechen und nochdeme durch den Weibel und des Landvogts Diener die Relation erstattet worden, das sye nichts gefunden haben von dem Guet dessen, deme der Auffahl gehalten wird, da solle durch den Landvogt die Excussion und Auffahl rechtmässig geschechen zu seyn erkent werden, und das man fernes noch Formb Rechtens verfahren möge, vorbehalten so dem Kläger durch einen frembden Besitzer etwas von des Schuldners Guet, das richtig und unstreitbar wäre, gezeigt wurde, und das von keinem frömbden Besitzer besessen wurde, da solle der besagte Kläger oder Schuldgläubiger zuvor selbiges rechtlich suechen zu erhalten, so es möglich, zuletzt aber mag er den frembden Besitzer den Rechten gemäs angreifen.

## Caput 67.

**Das der Schuldner den Bürgen schadlos halten solle.**

Item es ist gesetzt, so einer für den anderen Bürg worden, oder sich für ein anderen zum Haubtschuldner gestellt hette, es wäre umb Gelt oder andere Sachen, und solches durch ein öffentliches Instrument oder taugliche Zeugen möchte probiert werden, und zwar ein solcher Bürg old dargestandne Haubtschuldner und Zahler für den anderen bezahlt hette oder durch Urthel oder Gebott verfellt worden, dasjenige, worumb er verbürget oder dargestanden, zu bezahlen, oder aber in solcher Pflicht für einen ein Jahr lang gestanden, da ist der Landvogt schuldig auf Anhalten eines solchen Bürgen oder der sich für ein anderen verbunden, oder auf Anhalten dessen Erben denjenigen, für den ein solcher Bürg worden, oder dessen Erben zu besuechen lassen und ihnen zu befehlen und gepiethen, das sye innert 30 Tagen die Schuld mit barem Gelt bezahlen und den Bürgen old dessen Erben von der Bürgschaft und aller Pflicht entladen und schadloos halten, und so sye innert besagtem Termin die Schuld nit bezahlten oder den Bürgen old dargestandnen Schuldner der Bürgschaft oder Pflicht entladen und schadloos gehalten und gemacht hetten, wie ob, oder da er nit erscheinen wurde, noch dem ein solches Gebott zu seinem Haus wäre geschickt worden, da solle der Landvogt schuldig seyn einen solchen Schuldner oder dessen Erben persönlich zu fangen und anhalten lassen, seine Güeter und Sachen angreifen und schätzen lassen, bis er bezahlt oder wie obgesagt den Bürgen der

Cap. 68.

**De jure fidejussorum contra principalem.**

Item statutum est, quod si aliquis fuerit fidejussor vel intercessor pro aliquo in [Communitate]<sup>1)</sup> Bellinzonae et talis fidejussor vel intercessor, sive solverit sive non, sive dederit pignus sive non [dictae Communitati]<sup>2)</sup> pro illo pro quo intercesserit, possit et ei licitum sit capere personaliter illum sive eius haeredes, pro quo obligatus esset, habita prius licentia a Potestate, quam Potestas teneatur sibi concedere et ipsum in carceribus includere et ipsius bona robari, [contestari et incantari]<sup>3)</sup> facere, donec [Communitati]<sup>4)</sup> aut fidejussori plene fuerit satisfactum de omni eo quod pro ipso solverit aut fidejussor extiterit, cum omnibus damnis, expensis et interesse sine alicuius banni poena vel vinculo. Idem locum habeat in condebitoribus vel fidejussoribus aliqua occasione in [Communitate]<sup>4)</sup> Bellinzonae obligatis. .

Cap. 69.

**De cessione fienda fidejussori solventi per creditorem.**

Item statutum est, quod si aliquis fidejussor sponte aut per sententiam condemnatus solverit creditori, apud quem intercesserit, in totum vel in parte debitum aliquod pro debitore, pro quo fuerit obligatus, quod talis creditor, cui per fidejussorem facta fuerit solutio, teneatur et debeat statim jura cedere fidejussori contra debitorem de dicto debito pro ea parte pro qua facta fuerit solutio, et si cedere recusaverit, teneatur Potestas omnibus modis ipsum creditorem cogere et etiam ipsum personaliter detinere, donec fidejussori dicta jura cesserit, et hoc casu valeat cessio non obstante quod fiat ex temporis intervallo.

E cap. 61 = cap. 68. <sup>1)</sup>[comuni] <sup>2)</sup>[dicto comuni] <sup>3)</sup>[et contestari] <sup>4)</sup>[comuni]

E cap. 62 = cap. 69.

Bürgschaft und Schuld ledig gemacht hette. Und hierin solle man summarisch und ohne Uebergebung des Libells auch an Feyrtägen, so selbige nit von der christlichen Kirchen eingesetzt worden, verfahren, und solle kein Recht darvor seyn.

Caput 68.

**Von dem Rechten, so der Bürg wider den Haubtschuldner hat.**

Item es ist gesetzt, so einer für einen gegen dem Commun Bellentz Bürg worden oder für ihn dargestanden, und ein solcher Bürg old Dargestandne für den Schuldner dem Commun Bellentz zahlt oder nit zahlt hette oder einich Underpfand eingesetzt oder nit eingesetzt hette, da solle besagtem Bürg old Dargestandnen erlaubt seyn, den jenigen, für den er Bürg worden old dargestanden, oder dessen Erben mit Bewilligung des Landvogts, der es ihme nit abschlagen mag, persönlich zu fangen und in Thurn setzen lassen, auch seine Güeter angreifen, schätzen oder in die Ganth schlagen lassen, bis das Commun old der Bürg gäntzlich bezahlt seyn wird umb alles das, so es zu fordern oder darumb er Bürg worden, sambt allem Costen, Schaden und Interesse ohne einiche Hinderung old Befahrung einicher Straf. Ein gleiches solle statt haben in den Mitschuldneren und Bürgen, so einicher Gestalt gegen dem Commun Bellentz schuldig und verpflicht wären.

Caput 69.

**Dem Bürgen, so für den Schuldner zahlt, soll des Schuldgläubigers Recht übergeben werden.**

Item es ist gesetzt, so ein Bürg frywillig für den Schuldner, für den er Bürg worden oder dargestanden, dessen Schuldgläubiger, deme er Bürg zu sein versprochen, alles oder ein Theil dessen, so der Schuldner ihm schuldig, bezahlt hette, oder so er durch ein Urthel darzu gehalten worden, da solle der Schuldgläubiger, der also von dem Bürgen bezahlt worden, schuldig seyn gleich und ohne Aufschub dem Bürgen sein Rechtsambe wider den Schuldner umb die bezahlte Schuld oder umb das, darumb er bezahlt worden, zu übergeben, und so er solche nit übergeben thäte, solle der Landvogt schuldig seyn auf alle Weys und Manier selbigen dahin zu halten, auch persönlich anzuhalten, bis er dem Bürgen die besagte Rechtsambe wird übergeben haben, und ein solche Uebergab solle gültig seyn, wan sye auch erst eine Zeit hernach beschechen wurde.

## Cap. 70.

**Quod nullus cedat jura de causa incepta.**

Item statutum est, quod nulla persona possit cedere nec cessionem recipere ab aliquo de aliqua causa vel quaestione incepta per litiscontestationem, nisi lata fuerit sententia definitiva et per appellationem non suspensa, vel nisi fuerit fidejussor vel debitor, vel nisi cessio fieret de consensu debitoris, et si aliter fiat cessio, non valeat. Item actio furti nec alicuius alterius maleficii cedi non possit, et si cedatur, cessio non valeat.

## Cap. 71.

**Si quis cesserit jura de chartis falsis aut solutis.**

Item statutum est, si quis cesserit aliqua jura vel actiones alicui de aliquo instrumento, et reperiatur debitum, de quo in instrumento fit mentio, esse solutum, quod teneatur ille, qui cessionem fecisset, ad restituendum cessionario totum illud quod ipse cessionarius pro dicta cessione dedisset, et ultra omnia damna et expensas, quas juraverit se dicta occasione incurrisse, in duplum. Idem juris sit et observetur in omnibus, si quis cesserit jura vel actiones alicui de aliquo instrumento, quod postea falsum esse reperiatur. Insuper quod aliqua cessio cedentis aliquo modo non noceat nec praejudicet illi, qui cessionem recepit.

## Cap. 72.

**De ordine |aestimationis|<sup>1)</sup> in bonis debitorum fiendae.**

Item statutum est, quod quilibet creditor sibi satisfieri volens a debitoribus suis possit facere sibi aestimari de bonis debitoris sui mobilibus vel immobilibus jacentibus in terri-

E cap. 63 = cap. 70. E cap. 64 = cap. 71.

E cap. 65 = cap. 72. <sup>1)</sup> |extimationis| im folgenden immer extimare, extimators u. s. w.

## Caput 70.

**Das keiner solle sein Recht übergeben, weil die Sach in hangendem Rechten ist.**

Item es ist gesetzt, das kein Persohn sein Recht übergeben mag noch die andere solches annemmen umb ein Sach, die zu Recht gesetzt worden und noch im Rechten hanget, bis die Endurtel darüber ergangen ist oder die Appellation, so die appelliert worden, wird vollfuehrt seyn, es wäre dan Sach, das selbige Uebergab deme bescheche, der für selbige Sach Bürg old Zahler zu seyn versprochen, oder das es mit Bewilligung des Angesprochnen bescheche, andersten die Uebergab ungültig seyn solle. Es solle auch kein Klag, so einer wider den anderen wegen begangnen Diebstahls oder eine andere Malefizzach führte, einem anderen mögen cediert werden, und wan es bescheche, solle die Uebergab ungültig seyn.

## Caput 71.

**So einer sein Recht, auf faldschen oder schon bezahlten Briefen zu haben vermeint, einem anderen cedierte.**

Item es ist gesetzt, so einer einiche Rechtsamme old Anforderungen einem anderen von Instrumenten old Briefen übergeben hette und hernach sich erfunde, das die Schuld, so im Instrument old Brief genambset wird, wäre bezahlt worden, da solle derjenige, so solche Uebergab von sich geben, demjenigen, der sye empfangen hat, schuldig seyn alles das, so der Empfangne umb besagte Uebergab ihme bezahlt hette, widerumb zurugg zu geben und allen Schaden zu ersetzen, auch die Costen, so er bey seinem Eydt deswegen gelitten zu haben erhalten wurde, doplet zu ersetzen. Ein gleiches Recht solle seyn und durchaus gehalten werden, so einer sein Recht old Anforderung einem anderen cedierte von einem Instrument old Brief, der oder das hernach faldtsch zu seyn erfunden würde. Ueber das solle ein solche Uebergab demjenigen, der sye empfangen, nichts schaden noch praejudicieren.

## Caput 72.

**Ordnung wie der Schuldneren Güeter sollen geschätzt werden.**

Item es ist gesetzt, das ein jedweder Schuldgläubiger, der von seinem Schuldneren will bezahlt seyn, Gwalt hat von seines Schuldners Guet, fahrenden und ligenden Güeter, so zu Bellentz oder in der Grafschaft ligen, nach seinem Belieben was ihm gefalt zu schätzen und zu nemmen, bis er umb alle Schuld und Ansprach und Costen wird bezahlt seyn;

torio Bellinzonae vel Comitatus, prout sibi [placuerit,<sup>2)</sup> et sibi in solutum dari usque ad quantitatem [totius debiti<sup>3)</sup> et expensarum, qua aestimatione facta liceat debitori, [solvendo prius debitum cuni expensis, redimere<sup>4)</sup>] res mobiles infra quattuordecim dies et immobiles infra duos annos, infra quos terminos creditor lucretur fructus terrarum et gaudimenta rerum aestimatarum; et non possit creditor infra tempus, infra quod res aestimatae per debitorem exigi et recuperari possunt, aliquo modo ipsas res aestimatas alienare nec in alium transferre, et si alienaverit, Potestas teneatur omnibus modis tam alienantem quam illum qui alienationem receperit, dictas res aestimatas debitori exigere volenti facere restituere. Et in hoc summarie procedatur sine datione libelli. Et quod debitor, de cuius bonis petitur fieri aestimatio, possit dare creditori suo formam sacramenti secundum quod continetur supra de sacramento dando vel referendo, secundum quam formam creditor jurare teneatur, antequam aliqua aestimatio fiat de bonis sui debitoris.

### Cap. 73.

#### **Quod communia teneantur consignare terras pro aestimando.**

Item statutum est, quod omnia communia Bellinzonae et Comitatus teneantur ostendere terras, domos et res territorias pro aestimatione vel quae petuntur aestimari vel de quibus accipi vult possessio, sub poena librarum vigintiquinque tert. pro burgo, librarum decem pro qualibet villa et solidorum sexaginta pro qualibet singulari persona, et idem in omnibus observetur et fiat, si aliquis dominus vel creditor petierit terras, domos aut res territorias sibi ostendi et consignari per contratas et cohaerentias, et praedicta consignatio fiat ad expensas patentis.

### Cap. 74.

#### **De aestimatoribus eligendis et eorum salario.**

Item statutum est, quod aestimatores Communis Bellinzonae elegantur singulis [sex<sup>1)</sup>] mensibus per [Consilium<sup>2)</sup>]

<sup>2)</sup> [placuerit, vsque ad quantitatem debiti, que res debeant extimari] <sup>3)</sup> [debiti sortis] <sup>4)</sup> [exigere]

E cap. 66 = cap. 73.

E cap. 67 = cap. 74. <sup>1)</sup> [tribus] <sup>2)</sup> [Consilium generale]

nach gethaner Schatzung aber solle dem Schuldner erlaubt seyn mit baarer Bezahlung der gantzen Schuld und Cösten innert 14 Tagen die geschätzte fahrende oder bewegliche Sachen widerumb zu lösen; so aber ligende Güeter wären geschätzt worden, hat der Schuldner 2 Jahr Termin solche wie ob zu lösen, underdessen aber sollen die Frucht und Nutzniessungen von denselbigen dem Schuldgläubiger gehören; under der Zeit aber, da der Schuldner die geschätzte Sachen wider zu lösen Gwalt hat, mag selbige der Schuldgläubige nit veränderen noch verkaufen, und so er selbige verändert oder verkauft hette, so ist der Landvogt schuldig, sowohl denjenigen, so sye also veränderet, als denjenigen, der sye kauft old angenommen hette, dahin zu halten, das selbige dem Schuldner, der innert besagter Zeit solche wie ob widerumb lösen will, widerumb heimstellen, und hierin solle summarisch und ohne Gebung des Libells verfahren werden, und es mag der Schuldner, dessen Guet old Sachen von dem Schuldgläubiger geschätzt sollen werden, demselbigen die Formb des Eydts, wie in vorgehenden Statuten, wie man einem ein Sach an den Eydt setzen solle, gemeldt worden, zu schwören zumuothen, welchen Eydt auch der Schuldgläubige, ehe und zuvor besagte Schatzung beschicht, zu schwören schuldig ist.

#### Caput 73.

#### **Das die Communen schuldig seyndt die ligende Güeter, so sollen geschätzt werden, zue zeigen.**

